HERCVLANENSIVM

V O L V M I N V M

Q U A E   S U P E R S V N T

T O M V S   VIII.



Cas. del.

NEAPOLI MDCCCXLIV.

EX REGIA TYPOGRAPHIA.

FERDINANDO II. BORBONIO

UTRIUSQUE SICILIAE REGI

PIO FELICI AUGUSTO.

CLEMENTISSIME REX

Prodit iam in lucem octavus Herculanensium voluminum tomus, qui complectitur quatuor et quinquaginta fere fragmenta duorum operum eiusdem illius Philodemi, cuius tot libri superfuerunt in una Herculanensi Bibliotheca. Horum utrumque pertinet ad politicam scientiam latius acceptam, alterum sub titulo Περι του καθ' Ὁμηρον αγαθου λαῳ De eo quod iuxta Homerum est bonum populo,

alterum Περὶ Φιλοσόφων De Philosophis. *Et in priori quidem Philodemus diligenter recenset publicas, privatasque Principum Virorum virtutes, quibus populorum bona, et commoda provehantur, ipsisque Principibus amor et reverentia concilietur, desumptis exemplis ex Homericis Heroibus: in altero vero examini subiiciens varia Stoicorum, et Cynicorum philosophorum dogmata, ac placita, quae in philosophica Republica ordinanda sectarum illarum principes proposuerunt, acriter ex illis insectatur quae vana, turpia, et noxia sibi videntur.*

Hinc fit, Rex Augustissime, ut tomus hic quasi suo iure se Tibi tradat, cui divinitus fuit mandata Tuorum populorum cura, atque incolumitas (quam adeo acriter sancteque tueris) hoc praecipue tempore, quo vana quaedam, falsa, et perniciosissima philosophandi ratio caecas hominum mentes, animosque invasit. Quum vero utrumque hoc Epicurei Philosophi opus lucubratum diligentia, et studio socii nostri Salvatoris Cyrilli, huiusmodi esse videatur argumenti novitate, doctrinaeque salubritate, ut facile se probet doctis viris, iis praecipue qui morum integritate delectantur, Tu excipe illa, qua soles, Clementia, eaque, qua bona foves studia, benignitate, ut Augusto Tuo Patrocinio freti vires substineamus, nostrosque labores provehamus. Oramus interea Deum O. M. ut Te cum universa Regia Familia diu servet, et sospitet tum ad populi Tui salutem, ac felicitatem, tum ad literarum, bonarumque artium tutelam, atque incrementum.

Ex Regio Museo Borbonico
Pridie Kalendas Maias anno a R. S. MDCCCXLIV.

Devoti Numini Maiestatique Tuae
Academici Herculanenses.

BENEVOLO LECTORI.

Quicumque ad splendidissima venerandae antiquitatis iudicia de clarissimis viris animum adplicet, illi sane vel primo intuitu patebit nullum aliud praeclarius, aut splendidius, quam de Homero, eiusque poëmatis exstitisse. Enimvero sive ingenium eius spectes, φυσιως λαχων θεαζουσης dictus fuit ab acutissimo Democrito apud Dionem περ: Ὁμηρ:, sive doctrinam respicias, scientiarum omnium magister ab antiquissimis usque temporibus fuit habitus adeo, ut *carmine complexus caelum, mare, sidera, terras* dicatur a Silio. XIII. Αρχηγετην της γεογραφικης εμπειριας adpellet Strabo lib. 1. *omnibus denique eloquentiae partibus exemplum, et ortum dedisse* indicet Quintilianus X. 1. Ac ne pluribus in notissima re immoremur, τον κοινον των ἑλληνων συμβουλον, και προστατην appellat Aristides.

Quod si pietatem illius, morumque innocentiam respicias, eum profecto invenies, quem facile virtutum plurimarum et domesticarum, et publicarum magistrum iure merito queas adpellare; unus enim ipse

quid sit turpe, quid utile, quid non
plenius, et melius Chrysippo, et Crantore dicit: Hor. Epist. lib. 1. 2.

Quod autem pertinet ad Heraclidis, atque aliorum sententiam, qui Poëtam αθεοτητος insimularunt, iuvat defendere una, sed gravissima Divi Basilii auctoritate, qui de legendis Graecorum scriptis agens haec habet: Πασα μεν ἡ ποιησις τῳ Ὁμηρῳ αρετης εστιν επαινος, και παντα προς τουτο φερει *universa quidem Homeri poësis ad virtutis laudem intendit, et omnia eodem conducunt.* Ut vero dicatur εν παρεργῳ, huius αθεοτητος caussas alias, et profundiores putamus quaerendas esse in ipso homericorum poëmatum fine, σκοπῳ; easque non est huius loci in medium proferre.

Nulli igitur mirum videbitur, si in suas linguas translata eiusdem poëmata cecinerint Indi, et Persarum reges, uti testatur Aelianus H. V. XII. 48. si legenda, meditanda, imitanda proposuerint per universam Graeciam puerorum institutores: si declaranda susceperint celeberrimi quique grammatici: si illustraverint Philosophi: si vigilias, et curas quisque suas in illis omnimode illustrandis, et commentandis impenderint; quod humanam prope fidem excedere videretur, nisi validissimis documentis, amplissimaque frequentissimorum scriptorum auctoritate firmaretur.

Ut autem silentio praetermittam ceteros omnes, quicumque in eius poëmata sunt commentati, quoniam id et longe abhorret ab instituto nostro, et facile suum quisque desiderium explere poterit illos adiens auctores, qui hanc partem sibi susceperunt, sine culpa tamen praeteriri non potest, quod proxime attingit auctoris nostri finem, quem sibi proposuisse adparet in opere, cuius titulus, et fragmenta nunc primum prodeunt nostra cura, studio, et

diligentia pro virili restituta. In quo quidem peragendo ne verbum quidem unum addemus de auctoro Philodemo, quum iam satis superque haec provincia fuerit adornata in primo Herculanensium voluminum tomo, ubi quidquid de eo ab antiquis scriptoribus fuit memoriae proditum licet legere abunde, et diligentissime congestum. Idcirco ea tantum hoc loco monebimus, quae quasi collato pede hoc philosophi Epicurei opus respiciunt.

Et quoniam ad mores praecipue spectat hic liber Philodemi, eiusque fontes ex Homero hauriuntur, non abs re videbitur primum quidem leviter attingere quaestionem de turpi humaniorum literarum ignoratione, morumque corruptione tam saepe, et tot tamque variis modis Epicuro, eiusque asseclis obiecta. Enimvero quaecumque fuerint caussae, cur iam inde ab remotiori antiquitate tot coorti fuerint inimici contra Epicurum, eiusque discipulos, illud sane compertum iam esse videtur, atque exploratum maximam veterum philosophorum partem fere ultro, et quasi ἐκ περιουσίας eosdem accusasse. Plerique enim omnes videntur in eosdem se invexisse fortasse perterriti ex eius doctrinae principio, quod in voluptate constituere in primis placuit. Sed si facta potius, quam verba inspiciantur, comperietur profecto falso in multis affictam fuisse illis accusationem.

Ne putet vero quis nos hoc loco totam Epicuri doctrinam velle examini subiicere, eumque ab omni erroris nota prorsus purgare; id enim nihil aliud valeret, quam vel caussam toties oratam, et peroratam velle in integrum restituere, vel errores et graves et manifestos velle comprobare. Satis habeat quisque adire, si vacat, illustrissimos viros, qui sibi sumpserunt partes vindicandi Gargettaum philosophum ab omnibus veterum, ac neotericorum accusationibus, in primis Laërtium, Gellium, Brukerum, Gassendum, Ionsium, Baumgarten, Ernestum, Gedicke, Batteux, etc. Nos pauca hoc loco delibabimus, quae ad rem nostram proxime respiciunt, et primum do ignorantia Epicureorum in studiis humanioribus, deinde de morum corruptione ipsi Epicuro in primis afficta.

Fuere ne revera adeo musis humanisque literis infensi Epicurus, eiusque discipuli, quantum vulgo ipsis obiicitur? Hand profecto satis liquido adparet, quum animadvertatur magistrum ad philosophos confugisse, quod poëtae, vel potius grammatici explicare nequiverint, quid sit chaos Hesiodi, et unde natum. Laert. X. V. Epic. quum tot scripserit Epicurus libros, ut miratus fuerit ipse doctissimus Origenes: quum praecipue scripserit de musica, de poësi, de rhetorica. Quis porro vocet indoctos omnes in universum Epicuri discipulos, si inter ipsos exstitere viri doctissimi, et humanioribus praesertim, quas vocant, literis maxime informati? quique iisdem quam qui maxime delectabantur: si tanto studio poëtarum principem Homerum et tragicos poetas, praecipue Euripidem saepissime ab ipso laudatum excussit Philodemus? cuius tam varia, et multiplex fuit doctrina, ut ipse unus Bibliothecam omnigena eruditione refertam ediderit. Quis vero ignorantiae notam inurere ausit inter Latinos Lucretio, Horatio, Pomponio attico, inter Graecos eruditissimo Luciano? ut de aliis innumeris taceam. At Epicurei adeo non fuerunt horum studiorum rudes; ut ipsi aliis philosophis, ipsisque poëtis ignorantiae notam obiecerint. Enimvero poëtas τυρβὴν appellaverunt, caeteros autem philosophos ignaros rerum spectantium ad ipsum Homerum deprehenderunt. Brevi igitur sic mihi absolvenda quaestio videtur: distinguendum in Epicuro eiusque sectatoribus odium, atque aversatio a poëtis, sophisticis rhetoribus, et musicis, nec confundendum cum aversatione a poësi, a rhetorica, et musica, nec non a subtilibus quaestionibus de poësi, rhetorica, et musica. Ad summam sic habeto. Oderunt ne Epicurus, eiusque

discipuli poësim, musicam, eloquentiam, et studia, quae dicuntur humana? Minime gentium; nec enim oderunt, nec odisse dicendi sunt, qui poësim coluerunt, omnesque eloquentiae partes; neque ipsi musicae infensi dicendi sunt, qui praecipiebant ceteris philosophis, ut quotidie adessent scenicis ludis, ut abunde auctor est Plutarchus.

At iidem longissime abhorruerunt ab inutilibus, et futilibus quaestionibus de natura poëseos, eloquentiae et musices, atque id genus aliis: abhorruerunt ab ignorantia quorumdam poëtarum, et sophistarum, quos habebant malos, et corruptores morum, ut idcirco sophistas, et praecipue poëtas oderint, quod poëticis fabulis corruptionem in iuvenum mores eosdem invehere censuerint cum Platone, qui idcirco ex sua Republica eiecit. Ecce tibi Plutarchum ipsum luculenter id indicantem, quum Epicureos inducit Regibus suadentes, ut audiant, et aequo animo accipiant vel ineptissima quaeque, si libeat, in mensis, λογοις vero περι μουσικων, και ποιητικων προβληματων περαινομενοις non aeque benignas aures praebeant. Contr. Epic. Ad summam Epicurus res, et facta πραξιν in omnibus requirebat, eaque in primis sequebatur, non verba, et abstractas, spinosas, et saepe inutiles quaestiones, quibus saepius reliqui philosophi delectabantur, quod in primis patet et ex operibus Philodemi de poematis, et de Rhetorica contra futiles sophistarum doctrinas, et ex nobili de Epicuro testimonio, qui rethoricam nullam esse artem aiebat, sed cuncta a natura, et philosophia esse expectanda, qui veri eloquentiae fontes ab ipso Cicerone constituuntur.

Quo autem pacto dicamus moribus corruptis, qui fuit moribus non improbandis praeditus, et virtutibus (pro ratione temporum et suae doctrinae principiis) non vulgaribus? Audiamus ipsum Ciceronem, cuius auctoritas eo minus suspecta erit habenda, quo graviorem, acrioremque illi inimicum se praesefert in omnibus. *Venit Epicurus homo minime malus, vel potius vir optimus.* Tusc. quaest. II. 18. *Clamat Epicurus, is quem vos nimiis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucunde vivi, nisi sapienter, honeste, iusteque vivatur.* Ibid. Quod si nescio quid magnificum, ac generosum ipse Tullius requirebat in Epicuri opere de vita, et moribus, eiusque finis constitutione, De finib. I. 7. id sane, autumo, non quidem in bonum hominem, sed in strenuissimum quemque, ac praecellentem civem cadit. Age vero perpende tantisper privatas virtutes, quae bonum hominem, bonumque civem constituunt, quaeque Epicurum quam maxime exornarunt. Ἡ τε προς γονεας ευχαριστια, και ἡ προς τους αδελφους ευποιϊα, προς τε τους οικετας ἡμεροτης. Καθολου δε ἡ προς παντας αυτου φιλανθρωπια. Της μεν γαρ προς θεους όσιοτητος, και προς πατριδα φιλιας αλεκτος ἡ διαθεσις: *In parentes pietas, in fratres beneficentia, in servos mansuetudo, et comitas: omnino vero in omnes homines humanitas; nam eius in Deos pietas, atque in patriam caritas verbis explicari non potest.* Laërt. lib. X. V. Epic.

Ipsa denique Epicureorum copia stat pro magistri probitate, ita enim natura comparati sunt homines, ut, quamvis ipsi sint corruptis moribus, perditaque vita detestabiles, speciem tamen probitatis, atque honestatis prae se ferre in omnibus conentur, suosque filios longe aliam viam ingredi affectent. Quod adposite idem Cicero testatur his verbis: *Et quod quaeritur saepe, cur tam multi sint Epicurei, sunt aliae quoque caussae, sed multitudinem hoc maxime allicit, quod ita putat dici ab illo recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitiam.* De fin. I. 7. Sed e diverticulo, ut aiunt, in viam, et ad ipsum Philodemi opus redeamus.

Titulus igitur operis ex nostro supplemento fuisse videtur Φιλοδημου περι του καθ' Ὁμηρον αγαθου λογου, *De eo quod ex Homeri doctrina bonum, atque*

utile sit populo. Quaecumque autem fuerit ratio, qua propositum argumentum pertractavit Philodemus, quantum quidem coniectura assequi potuimus ex discerptis papyri frustis (frusta enim verissime dixeris, namque nulla fere periodus integra superfuit, unde integram sententiam elicere licuerit) id agit in hoc libro, ut virtutes principibus viris necessarias in primis recenseat, easque respiciat uti fontes, unde commoda, et bona in populum dimanent, et proficiscantur. Nec omnino praeterit vitia virtutibus illis contraria, quibus homines ex magna plebe plerumque inquinantur, quaeque vitanda proponuntur. Exempla vero principum desumuntur constanter non minus ex Iliade, quam ex Odyssea, atque ex homericis heroibus, si duos excipias, Demetrium Polioreeten, qui semel affertur in medium ad demonstrandum principum pulcritudinem debere esse virilem, et quasi divino quodam pavore consternantem, non femineam, et mollem; et Nicomedem ad arguendum diligenter esse administrandam, nec sua culpa minuendam rem familiarem.

Virtutes igitur principum, in quibus diligens cura rei publicae fert primas, respiciuntur ut veri fontes felicitatis populorum, quod iam ante innuerat Isocrates his verbis: Των μεν αρχοντων εργον ιστι τους αρχομενους ταις ἑαυτων επιμελειαις ποιειν ευδαιμονεστατους, *principum officium est suo studio, et cura subditos quam beatissimos efficere.* Atque huc pro re nata trahendum videtur egregium illud Socratis effatum apud Platonem Alcib. 1. Iliada scilicet, et Odysseam totam esse περι διαφορας δικαιων τε, και αδικων, *de eo quod interest inter iustum, atque iniustum*, quod apte convenit cum iudicio Anaxagorae, qui Homericorum carminum argumentum esse contendit *virtutem*, et *iustitiam.* Laert. lib. II. 11. Tum igitur principum virorum virtutes in genere, tum praecipuas earum species illustrandas ad populos regendos, maioremque eorum felicitatem promovendam in primis suscepisse Philodemus noster dicendus est; eoque animum intendisse, ut homericorum heroum virtutes enumerans, eorumdem exemplo rationem modumque faciliorem patefaciat, quo homines beati, ac felices in civili societate praestentur. Quam scilicet sententiam idem Philodemus obiter attigerat in libro περι ῥητορικης, quem habes in IV vol. Hercul. tomo, col. XV. ubi scriptum est: Και νη τον Δι' αν τις, ὁις ειπαμεν προσβαλλων λεγῃ δειν τον αγαθον πολιτικον πολλας εχειν αρετας, και σωζεσθαι τας πολεις ουχ ὑπο των ῥητορων, αλλ' ὑπο των αγαθων, ορθως ερει. *Et per Jovem, si quis iis, quae diximus, adiiciens dixerit oportere, ut bonus politicus multas habeat virtutes, et servari civitates non ab rhetoribus, aut a politicis, sed a bonis, is sane recte dicet.* Quibus concinit Phaedra apud Euripidem:

Τουτ' εστ', ὁ θνητων ευ πολεις οικουμενας,
Δομους τ' απολλυσ' ὁι καλοι λιαν λογοι. Hippol. v. 448. sq.

Ex Philodemi quidem verbis clarius etiam intelligitur, quod supra disserebamus, Epicureos philosophos in omnibus sequutos esse facta, non verba, res, non quaestiones, maxime in rebus publicis administrandis, in quo in primis discrepabant a ceteris philosophis, atque ab ipso Platone, qui tum denique beatos cives praedicabat, si aut Philosophi regnarent, aut reges philosopharentur.

Ut denique universi operis ratio luculentius adpareat, id et in hoc volumine praestabimus, quod in praecedentibus factum est; quare exponemus argumenta, et summam rerum omnium, quae in singulis columnis ab auctore pertractantur; idque ea etiam de caussa perficiendum putamus, ut οικονομια, et nexus operis, quantum res ipsa sinet, dignoscatur. In primis autem monendum totum hoc opus absolutum fuisse columnis XLV. quarum omnino interciderunt 1, 6, 8, 13, 15, 16, 17, 20 et 45. ceterarum vero a secunda ad decimam nonam exstant tantum fragmenta: a vicesima prima denique nume-

randae sunt columnae, quae supersunt, adeo ut quae prior nunc numeratur fuerit prima, et vicesima, et sic deinceps ad extremam procedendo. Omnes vero constabant versibus 37. si unam, vel ad summum duas, excipias, quae continebant plus minus quadraginta. Et quia fragmenta, quae supersunt, conficiebant primam partem operis, ex his ipsis erit exordiendum.

A pietate in Deos exorsum esse Philodemum dixerim, quo praecipue Frag. 1. spectat fides religiose servanda in foederibus, et preces ad Deos tollendae in iisdem feriundis. Exemplum desumitur a foedere inter Graecos, et Troianos rite inito ob Menelai, et Paridis de Helena *μονομαχιαν*.

Definiri non potest quid disseruerit noster in capite, cuius superfuit Frag. 2. praesens fragmentum; quodcumque vero illud fuerit, vocatur *εοικοτως βασιλικωτατον*; quare dixerim esse *salutem populorum*, ad quam custodiendam *ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα*, *non decet totam noctem dormire consiliarium virum*; unde ipsi reges *ποιμενες λαων* adpellantur. Quod si quis, inspecto argumento fragmenti III. malit rem referre ad iustitiam principum, ut praecipuum pietatis effectum, non magnopere repugnaverim.

Dinumerantur iustitiae principum effectus, praecipue abundantia omnium Frag. 3. rerum, et inde proficiscens populorum felicitas. Haec autem iustitia videtur ipsa spectare pietatem in Deos, quam in universum iam inde a principio proposuisse videtur Epicureus noster.

De sui ipsius laudibus videtur hic verba facere Philodemus, significans Frag. 4. eas aliquando utiles esse, et fortasse etiam necessarias ad res bene gerendas. Quantum enim ex superstitibus verbis erui potest, id demonstrare videtur, non temperandum esse a propriis laudibus, si hae referantur ad salutem aut felicitatem populi, nec unice proficiscantur ab inepta iactantia.

Inter pietatis effectus est Deorum metus, et in eosdem reverentia. Hanc Frag. 5. inculcare videtur noster in hoc fragmento ostendens ipsum Achillem vel vehementissima ira percitum contra Agamemnonem statim se temperasse ab illa, suadente Minerva, namque *ὅς κε θεοις επιπειθηται, μαλα τ᾽ εκλυον αυτου*, *si quis Diis obtemperaverit, maxime exaudiunt ipsum*. Attingit autem effectus praesentiae Deorum, timorem nempe, quo qui eos vident, percelluntur.

Exemplo Ulyssis evincit etiam morte ulciscendos esse tum qui iniuriam Frag. 6. inferunt, tum quicumque operam iisdem praestant in inferendis iniuriis. Quo autem id referat, penitus ignorare me fateor, nisi ad iustitiam ultricem referatur.

Quum iustitiae munus sit non modo suum cuique tribuere, sed alios Frag. 7. etiam non laedere in re, neque in vita, eos videtur in hoc capite perstringere, qui gloriam quamdam inesse putant in re aliena rapienda, vel vita improbe tollenda. Ex paucis verbis fragm. VIII. nihil potui expiscari.

Describitur alter pietatis effectus, puta caritas, atque amor subditorum Frag. 9 in Reges, et principes; unde fit ut hosce quoquo modo illi defendant, si quando in discrimen vocentur. Ni vero fallimur, verba huius fragmenti referuntur ad studium, quo troiani principes succurrunt Hectori icto lapide a Diomede.

Verba faciens, ut mihi persuadeo, de animi constantia et fortitudine, Frag. 10. qua duces praecipue praestare opus est, cuius pars est temperantia a nimio dolore, in publicis calamitatibus, et solers cura de omnibus docet quo usque patere debeat dolor ob mortem nostrorum familiarium. Statuit igitur unum diem dolendum, deinde defunctis terrae datis, capiendam curam superstitum. Frag. 11.

Non satis adparet de quo agatur in hoc fragmento, nisi malis iam pertransisse Philodemum ad temperantiam a cibis, et potu.

Temperantiam, eiusque genera attigisse hoc capite dixerim Philodemum, Col. I.

singillatim vero sobrietatem, et temperantiam a cibo, et potu commendare in primis exemplo Ulyssis.

Col. II. A temperantia a cibis, et potu gradum faciens ad affinem continentiam linguae vituperat nimiam in verbis licentiam, et scurrilitatem, ut dignitati principum contrariam; eamque a conviviis praecipue arcendam proponit, in quibus mutuum amorem, et dulces amicitiae affectus inesse opus est.

Col. III. Idem argumentum persequens insectatur nimiam petulantiam, atque arrogantiam in sermone, exemplum statuens Thersitem idcirco principibus, atque exercitui invisissimum. Leviter autem pro re nata attingit etiam immodicum risus amorem, quem, ut bono principi minus decorum aversatur.

Col. IV. Pergit ad οικονομιαν commendandam dicens varios fines ab hominibus sibi proponi in civili societate; plures autem rem suam familiarem, et alienam male distrahere; omnium vero interesse rem domesticam diligenter curare, atque in primis cavere, ne eadem propria culpa minuatur, aut omnino amittatur; ad quod confirmandum utitur exemplo iuvenis Telemachi.

Col. V. Idem argumentum prosequens demonstrare videtur non esse dolendum, si res familiaris amittatur non sua culpa, sed fati necessitate, cuius decreta exemplo Ulyssis aequo, ac forti animo toleranda sunt, quippe in humanum arbitrium non cadit fugere calamitates divinitus immissas.

Col. VI. Docet quanta cura studere principes debeant conciliandae, fovendaeque concordiae, quantoque studio simultates, atque inimicitiae sint fugiendae, et detestandae; rursus vero consilium, et mansuetudinem ad civium felicitatem, ac Civitatis firmitatem conducere in primis arguit.

Col. VII. Tria boni principis officia proponi hoc loco, et deinde videntur 1. dissidia tollere 2. auctoritatem, et reverentiam imperio conciliare 3. militarem disciplinam fovere, et docere.

Col. VIII. Principes cives contendit praemiis a rege esse donandos, praemia vero ipsa non ex lucro quidem, sed ex honore metienda.

Col. IX. Bella non esse curiose quaerenda bono regi docet; sed si eadem sint necessario suscipienda, tum vero victoriam incenso animo eumdem affectare oportere. Deinde exemplo Martis, atque Achillis insinuat improbos, atque invisos fieri, quicumque intestinis tumultibus gaudent, et civili discordia.

Col. X. Eodem argumento insistens, quantae sint discordiae vires ad Regnorum, ac domorum eversionem exponit in primis exemplo Achillis.

Col. XI. Discordiae effectus, agendique rationem detestatur; nec ut ab ea tantum, sed a zelotypia etiam, atque invidia abhorreant principes monet: Obiter vero concordiae bona describit, praesertim ad promovenda populi commoda, et felicitatem.

Col. XII. Praesentem Deorum tutelam, atque auxilium, et bonorum omnium copiam tum in iustos Reges ab ipsorum institia, tum in eorum populos proficisci demonstrat exemplo Ulyssis, et Alcinoi.

Col. XIII. Demonstratur corpora esse necessario exercenda, ut firmitas corporis, animique vis ad pericula obeunda conciliari queat. Sensim vero a viribus corporis gradum facit ad consilium necessarium ad res bene gerendas, et res publicas bene administrandas.

Col. XIV. Quanto usui, et praesidio in rebus bellicis sint prudentia, et consilium, et quantum eadem praestent corporis viribus, diserte in hac columna disputatur.

Col. XV. Idem argumentum tractare pergens Philodemus laudare videtur Principum prudentiam in habendis populi concionibus, rebusque cum eodem agendis, nec non ordinem a populo et in iisdem concionibus, et praecipue in praeliis ineundis servandum, quod in primis et ad civilem, et ad militarem disciplinam trahendum videtur.

In eodem argumento persistens prudentiam principum laudare videtur Col. XVI.
in cura quocumque pacto tollendarum dissensionum, quae in Rempublicam se insinuare queant. Quae supersunt ex integra columna spectant ad Agamemnonem dona Achilli promittentem, ut iram remittat, atque in gratiam secum redeat, ne ultra exercitus eius dissidii mala perpetiatur.

Perstringit improbam Thersitae garrulitatem de donis Regi tribuendis Col. XVII.
ex devictorum hostium spoliis; tum pergit ad insinuandam reverentiam, quae debetur maioribus, atque heroibus.

Persequitur argumentum proxime praecedenti columna tractatum: tum Col. XVIII.
attingit religionem erga defunctos, quamvis hostes.


Requirendas docet in principibus vel dotes corporis externas, praecipue Col. XIX. et
adspectus, et habitus dignitatem, et pulcritudinem. Contendit autem vulgarem XX.
corporis pulcritudinem non esse proprium principum characterem, nisi viribus, atque habitu quodam divino coniungatur, quo populus quodam timore percellatur eorumdem adspectu. In universum vero heic dixerim disserere de divina principum natura.

Docet gloriosam de suis rebus gestis iactantiam haud indecoram esse Col. XXI.
principibus, habita ratione et eorum naturae, et commodi populorum; illa enim ipsis conciliat auctoritatem quamdam in rebus rite peragendis necessariam, et apud alios reverentiam.

Attingit intestina potentium civium dissidia, et mutuas calumnias, ut Col. XXII.
summa rerum potiantur; deinde transit ad ostendendam temeritatem eorum, qui mutuis eorumdem calumniis inconsulto adhibent aures; sed quonam haec referantur definire non audeo.

Ostendit reverentiam a principibus adhibendam erga hospites, eosque Col. XXIII.
benigne esse excipiendos: nec spernenda oracula cuiuscumque generis, quippe et XXIV.
quae ab ipsis Diis praecipue communicantur; tum vates non solum non contemnendos, sed praecipuo honore afficiendos esse contendit.

Tenes iam summam laboris nostri, tenes etiam mentem Philodemi, totumque operis nexum, et vinculum, si recte illa sumus assequuti, et stant nostra supplementa, et coniecturae. Utere nunc ipso opere, sive potius operis ipsius fragmentis in eam formam, quam vides, nonnisi summo labore, et patientia restitutis. Sed ante quam manum, ut aiunt, de tabula, haud fortasse erit ingratum paucis te monere quid boni praestiterit haec papyrus 1.° Primum igitur luculenter inde intelligitur quam sana fuerit Epicureorum doctrina de πολιτιᾳ, et quam boni cives iidem fuerint in civitatibus; nec minus liquido adparet qua sententia fuerint accusati Αθεοτητος; in hac enim re videntur distinguendae esse philosophicae ab ipsis conceptae de deorum natura opiniones, et eorumdem πραξεις in civili, et sociali vita. 2.° Deinde confirmatur ex codice omnium, qui adhuc innotuerunt, vetustissimo lectio circiter XXVI. fragmentorum homericorum, et unius Euripidei. Habes etiam in illis variam lectionem trium locorum, et quidem insignem, ut suo loco animadvertetur. 3.° Denique habes confirmationem verborum vel controversorum apud doctissimos quosque grammaticos, ut ιριστω Col. XIX, νουθετεια fragm. VI. vel omnino desideratorum, ut ενοπαιος, αριστοφορος, οφθαλμορυχιω, βλαψος, cui addi potest ελλιζω, cuius vestigia adparere videntur col II. quod verbum ab Hesychio relatum adhuc auctoritate carebat. Ελλιζων τιλλων. Denique non est silentio praetereunda ratio scribendi propria scriptori librario huius papyri, qui το ιωτα adscribit saepissime verbis, quae non solum nullum requirunt usu, nec αναλογιᾳ, sed prorsus respuunt, et reiiciunt; nullum contra adponit in verbis, quae ipsum fortasse requirerent ut χαν etc. etc. etsi doctissimi nostrorum temporum grammatici in hoc consentiant cum papyri scriptura. Haec monitum te volebamus. Vale.



Luigi Corazza dis — Fran.co Casanova inc.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ


ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΘ' ̔ΟΜΗΡΟΝ ·

ΑΓΑΘΟΥ ΛΑΩΙ.

PHILODEMI

DE EO QUOD IUXTA HOMERUM

EST BONUM POPULO.



ΠΙ
ΓΙ
ΝΑΥ
ϹΤΕ
ΚΑΙΤΟΙ
ΡΑΔΙΔ
ΤΟΙΟΙϹ
ΤΩΝΑ ΑΝΤΑΥ
ΤΑΤΟΙϹΚΑ ΙϹΑ
ΠΙΤΑϹΕ ΤΕ
ΡΑ ΕΥΟΜΕΝ ΤΟΝ
ΟΥ ΠΟΤΕΦΑΝΗ ΑϹ
ΤΙ Ε ΟΥϹ ΤΟΜΕΝ
ΑΜΑ ΕΛΚΟ ΝΤΑΙ
ΑΕΤ ΕΙΑϹΕ ΗΟΕ
ΜΕ Α ΩΔΥ ϹΕΝ
Ω ΠΟΥ ΚΩϹ
ΚΑΙ ΟΝΤΟ ΧΑ
ΗϹΕ ΚΑΙΚ ΟΑ
ΠΕΡΟ ΑΝΕΙΑΝΑ ΝΟΝ
ΗΠΑΙΔ ΠΡΟϹΕΟΙΚΕ
ΓΙΝΟΜΕ Ν ΟΥΓΑΡ Α
ΝΟΝΝΗ ΝΤΩΝΜΕΤΑ
Κ ΙΩΝΑΛΛΑΚΑΙΠΙ
ΝΟΝΤΩ ΟΥΔΕΠΑΡΑΜΟΝΟΙϹ
ΤΟΙϹΑ ΗΡΟΤΕΡΟ ϹΑΛΛΑ
ΚΑΙΠΑΡΑΤΟΙϹΤΡΥΦΕ ΟΒΙΟΙϹ
ΦΑΙΑΞΙΤΑΓΑΡΕΝΙΑΙΩΙϹΥΜ

COL. I

Luigi Corazza dis *Fran.co Casanova inc.*

COLUMNA I.

καθαπερ ου λανθανει αν αμεινον, η παιδιῳ προσεοικεναι τα γινομενον· ου γαρ μονον νηφαντων μετα, και αοινων, αλλα και πινοντων, ουδε παρα μονοις τοις αυστηροτεροις, αλλα και παρα τοις τρυφεροβιοις Φαιαξι. Τα γαρ εν Ιλιῳ συμ-

quemadmodum non latet quod factum est convenire potius (*seni*), quam adolescenti; versatur enim non solum inter sobrios, et abstemios, sed etiam inter potores; neque tantum inter homines austeriorem vitam degentes, sed etiam inter luxuriosos Phaeacas. Etenim quae apud Ilium adciderunt

Cap. I. De temperantia cibis.


Cap. II. De temperantia linguae.

V. 3. Temperantiam Ulyssis, et Telemachi hoc loco attingere videtur Philodemus. De temperantia vero adolescentibus necessaria haec in primis habet Plato. *De Republ. lib. III.* Τι δε; σωφροσυνης αρα ου δεησει ἡμιν τοις νεανιαις; πως δ' ου; σωφροσυνης δε ως πληθει ου τα τοιαδε μεγιστα; Αρχοντων μεν ὑπηκοους ειναι, αυτους δε αρχοντας των περι ποτους, και αφροδισια, και περι εδωδας ἡδονων; *Quid praeterea? nonne temperantia nostris adolescentibus opus erit? quidni? temperantiae vero nonne haec maxima sunt? ut subditi obtemperent Magistratibus, et principibus, magistratus autem, et principes ut ad venereorum, epulurum, et compotationum usum sint continentes?* Add. Gell. *N. Attic. lib. IV. c. 19. Pueros impuberes compertum est, si plurimo cibo, nimioque somno uterentur, hebetiores fieri.*

V. 5. Nullum verbum opportunius, reique ipsi magis conveniens visum est, quam νηφοντων, mentio enim est de sobriis et potoribus; quod verbum cum οινος coniunctum invenitur apud Athenaeum, quem sequuti sumus h. l. Sobrietatem vero ipsos heroas adprime decere iamdudum animadverterunt veteres. Rem in primis attigit Aristoteles *Poët. lib. I. c. 15.* interpretans verba. *Il. I. v. 203.* Ζωροτερον δε κεραιε. Item Athenaeus *lib. X*, et prae caeteris Plutarchus *Sympos. V. probl. 4* Huc quoque revocandum lepidum responsum a Pisone tributum Romulu de eiusdem sobrietate, et modico vini usu. *Gel. l. c.* V. Athen. *Deipn.* lib. II. c. 20 seq.

V. 10. Licet agnoscere in ipso vestigio Epicuri doctrinam, quem *tenuem victum anteferre copioso* jam scripsit Tullius. *Tuscul. III. c. 20.* Sed praestat sistere ipsa, eaque praeclarissima Epicuri verba. *Epist. ad Menoec. apud Laert. V. E. n. 131.* Και μαζα, και ὑδωρ την ακροτατην αποδιδωσιν ἡδονην, *offa et aqua summam exhibet voluptatem.* V. quae ibi habent Schefferus, et Kunhius Huc respicit quod refert Diocles apud Laërtium de discipulis Epicuri. Διοκλης δε εν τη τριτη της επιδρομης φησιν. ευτελεστατα και λιτοτατα διαιτωμενοι· κοτυλη γουν οινιδιου ηρκουντο· το δε παν ὑδωρ ην αυτοις ποτον. *Diocles in tertio cursus libro ait: frugalissimi parcissimique in victu cotyla vini erant contenti: reliquus vero potus omnino erat illis aqua.* Nec vero unam voluptatem in ea sobrietate quaerebat Epicurus, sed bonam etiam corporis valetudinem. Το συνεθιζειν ουν εν ταις ἁπλαις, και ου πολυτελεσι διαιταις και ὑγειας εστι συμπληρωτικον, και προς τας αναγκαιας του βιου χρησεις αοκνον ποιει τον ανθρωπον, *Tenui nec sumptuoso victui assuescere et sanitatis est efficiens, et ad necessarios vitae usus hominem reddit impigrum. l. c.*

V. 10. Ab temperantia a vino et cibis gradum jam facit ad temperantiam linguae. Plutarchus ferme simili ratione tria in juvenibus requirebat, temperantiam animi, silentium linguae, pudorem in vultu. *De liber. educ.*



Luigi Corazza dis. *Fran Casanova inc.*

COLUMNA II.

βεβηκοτα εις τουτο παντα συντεινει. και γαρ αυτος αει μεν τοις εργοις ποιει λογους παραπλησιους, και ουδεν αλλοιουται. Τοιουτοι δ' εικη εν νεων ορχησεσιν μυθοι της ακολασιας αποτρεποντες εισι· δι' ουκ επιτηδειον προς ογκον αν δοκω γε ειναι της αισχρολογιας των μεταγενων μνημονευσειν, και της αλλης βωμολοχιας και λιαν υπ' ενιων επιπληττομενης. Δει μετ' αλλα δ' εν τοις συμποσιοις αφιεξ' οι καθαπερ απ' αμαξης πως ζητουσιν αλλου βασιλευειν, η παρελασθαι μετα καταφρονησεως, αλλον δ' αγαπασθαι μετα σεβασμιου χρειας.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Και φησιν ἱνα καθυπνωσωσιν, ουδ' ὡς ὁ ποιητης γε δηλων λεκτροιο παλαιου θεσμον, φιλοτησιαν, τερψιν, η τι τοιουτον. Οιμαι δε τω γε τους μεταγενεστερους βασι-

eodem cuncta usque intenduntur; ipse enim semper operibus sermones adhibet apte respondentes, nec hilum quidem unquam immutatur. In recentiorum vero saltationibus frustra requirantur sermones a linguae licentia abhorrentes. Ideirco videtur minime conveniens turpes recentiorum sermones referre (saltem quod attinet ad dignitatem) atque aliam quamcumque scurrilitatem a nonnullis vehementer improbatam. Praeterea in conviviis arcere illos opus est, qui veluti ex plaustro conantur aliis dominari, vel contemptu vexare, alios contra veneranda sententia benigne exeipere

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Et ait: ut obdormiant, non ut poëta prae se ferens thalami vetusti legem, propinationem, delectationem, vel aliud quid hujusmodi. Ideirco censeo sequioris aetatis Reges. . . . . .

ADNOTATIONES.

V. 7 Saltationem arctissimo vinculo cum cantu in conviviis conjunctam fuisse nota satis res est; idcirco Homerus corumdem ornamentum eadem vocat: Μολπη τ' ορχηστυς τε · τα γαρ αναθηματα δαιτος, *et cantus*, *et saltatio*, *ipsae enim sunt ornamenta convivii*. Odys. α v. 125. V. Platon. *Gorg. p. 14. Edit. Bipont.* de cantoribus in conviviis: tum Homerum ipsum *Il. XVIII.* et alibi. Propius ad rem nostram Nooins II 70. *Aderant in conviviis pueri modesti*, *ut cantarent carmina antiqua*, *in quibus laudes erant majorum assa voce*, *et cum tibicine*. Adde Virgil. Aen. 1. v. 745. seq.

V. 10. Ογκον reponendum visum est opportunum, quod verbum τη Βωμολοχια opponitur significatione gravitatis cujusdam, et majestatis, ex qua egregie dicitur ὁγκος φρονηματος, δοξης, Βασιλικος · Plutarchus *in Coriolano* scribit: Μεστος ων ογκου, και μεγας γεγονως φρονηματι, *majestatis plenus*, *et magna prudentia*. Idemque Plutarchus loquens de Demosthenica dicendi ratione ογκον cum μεγαλοπρεπεια conjunxit.

V. 13. Belle quidem Plutarchus, et ad rem αισχιστα ῥηματα cum Βωμολοχιαις conjungit, ut heic Philodemus αισχρολογιαν cum αλλη Βωμολοχια. *Ne suav. Vivi poss. iuxta Epic.* De Βωμολοχια V. Aristotel. *Ethic II.* Kuster: *ad Aristoph. Timaei Lex.*

V. 17. Ne mireris hanc vocales elidendi rationem, quae occurrit etiam Col. XI. v. 14. χορυσσεσθ' αυτην, et in fragmento papyri adhuc ανεκδοτου, tituloque carentis, ubi legitur col. VI. φαινετ' ειναι προσηκον. Neque quidquam obstare videtur natura brevior diphthongorum αι, et οι, quae discrimen aliquod inferre videtur inter allatum exemplum, et αφεξ' οι.

V. 17. Ad rem Menander apud Harpocrationem: Επι των αμαξων εισι πομπειαι τινες σφοδρα λοιδοροι, *in plaustris nonnulla sunt dicteria valde acerba*. V. πομπ. Tum Demosthenes *pro Ctesiph.* propiori ratione ait: ῥητα και αρρητα ονομαζων, ὡσπερ εξ αμαξης, *fanda infandaque efferens veluti ex plaustro*. Adde Sextum Empir. adv. Gramm. c. 3. Non probarim vero quod legitur apud ipsum Harpocrationem: Κοβαλεια ἡ προσποιητη μετ' απατης παιδια, και κοβαλος ὁ ταυτη χρωμενος· εοικε δε συνωνυμον του βωμολοχια. Κοβαλεια *est jocus simulatus cum dolo*, *quique eadem utitur est* κοβαλος: *videtur autem esse synonymum cum* Βωμολοχια.


V. 22. Vulgaris usus του χρεια ea significatione, quam verbo tribuimus reddit rationem supplementi; saepius enim a doctis grammaticis fuit observatum v. χρεια habere significationem proximam τη γνωμη. Velim animadvertas insuetum usum vocis mediae verbi αγαπασθαι; sed opinor omnia verba posse fieri *media*, quum eorumdem actio ad ipsum agentem refertur.

V. 30. Αλλους, puto, et βωμολοχους h. l. vituperat Philodemus, quorum opera et verba longe discrepant ab suavibus Homeri affectionibus. Spectat vero v. 297. *Odys.* ψ.

Ασπασιοι λεκτροιο παλαιου θεσμον ἱκοντο,
Lubentes ad antiqui lecti ritus accesserunt.

Quocum comparandi versus Sabini *Epist. Penel. Ulys. 130.*

Heu precor, ut properet ille venire dies,
Antiqui renovet qui laetus foedera lecti.



Luigi Corazza dis. Fran Casanova inc

COLUMNA III.

λ.ις

. . . .
. . . .
. . . .
Ομηρος · αλλ' εν Ο-
δυσσεια μεν ουδε τοιαυτας
τας των Μοναρχων εστι-
ας παραγει διαπαντος,
ως ο γε Αριστοτελης φη. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
προς τον της Σκυρου δυ-
ναστευοντα · πασι και το
Φιλογελοιον ολως ειναι
τον βασιλεα καν αυτοις, ω-
σπερ ουκ εικος γε ην, ου-
κ εοικεν αγειν. Διοτι κα-
θαριευων, οιμαι, κατεχει
τους τοιουτους γε · αλλα
και εαν εν πασιν Ομηρος
προτιμα το πρεπον, και ε-
πιζητει προ παντων, ουδε
νηφοντι δοκει δειν κατα-
γελαν, ο τι εστιν αδικωτα-
τον · απον... την φωνας
εστι τω πρεποντι · Ως-
τε και τον Θερσιτην επι
τουτω ψεγει δεινως, επι
τω παν λεγειν, ο τι οι εισαι-
το γελοιιον Αργειοισιν εμ-
μεναι · και πασιν μεν αυτον εισ-
αγει στυγητον, εχθιστον δ' Α-
χιλλει μαλιστα, και Οδυσσει,
περι ων συγγραφει. Τους δε. . . .

Cap. III. De cura rei familiaris.

. . . .
. . . .
. . . .

Homerus; at in Odyssea nec omnino tales exhibet domesticos Monarcharum lares, ut ait Aristoteles. .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

ad eum qui Scyri imperabat: omnino enim effusum risum amare etiam in illis rebus, quae minus ridendae sunt, bonum regem haud sane decere videtur. Quapropter, puto, mores ipse purgare studeus, cohibet huiusmodi homines; imo in omnibus poëta magni facit decorum, et ante omnia requirit; neque sobrium decere putat derisionem, quippe quia eadem est iniustissima; aversatur ergo linguaces caussa decoris. Idcirco etiam Thersiten vehementer vituperat, is enim effutit quodcumque ridiculum sibi videtur Argivis fore; tum eumdem inducit invisum omnibus, maxime Achilli, atque Ulyssi, de quibus scribit. Eos autem

ADNOTATIONES.

V. 9. Aristotelis των Ὁμηρον ἐξηγουμενον meminit Dio II. *de Regno*, et Aelianus *Hist. Anim. XV. 28.* Eumdem hunc putarim cum illo, qui a Laërtio memoratur περι της Ιλιαδος πεπραγματευμενος *lib. V. 35.* Ex illis autem, quae praecedunt, facile erit intelligere Philodemum comparare homericos cum sequiorum aetatum principibus, et fortasse discrimen aliquod invehere inter ipsos principes, qui in Iliade, quique in Odyssea memorantur.

V. 14. In papyro sine ulla dubitatione legitur της Σιρου; sed quid hoc loco sibi velit haec vox, non penitus assequi potui. Si placet, corrige Σκυρου, et reputa hic verba fieri de aula vel Lycomedis, vel alterius cuiuscumque principis.

V. 16. Ut taceam de multis aliis in re trita, et vulgari, id tantum moneo, idem praecepisse et Isocratem Demonico: Μητε γελωτα προπετη στεργε, μητε λογον μετα θρασους αποδεχου· το μεν γαρ ανοητον, το δε μανικον, *noli risum effusum amare, neque sermonem cum audacia suscipere; alterum enim stultum est, alterum furiosum.*

V. 17. Και nulla του ιωτα adscriptione. Familiaris autem est haec ratio scribendi librario scriptori huius papyri. V. exemplum col. X. sub fin. et alibi passim. In dandi casu tantum constanter adscribit ι. in aliis vocibus arbitrio suo tollit, vel addit nulla certa ratione.


V. 22. Reposuimus Ὁμηρος innixi verbis, quae infra sequuntur, ὡστε και τον Θερσιτην επι τουτω ψεγει δεινως, quae poetam omnino respicere visa sunt. Praesertim, quum in fine huius columnae legatur: και πασιν μεν αυτον εισαγει στυγητον, quae non nisi ad poetam spectare posse videntur. Nostrum vero πρεπον respondet Homerico ακοσμα, et κατα κοσμον. *Il.* β. *v. 213* et *214.*

V. 25. *Sobrius*, et *vigilans* a Cicerone conjunguntur, ut νηφων, et αγρυπνων a Plutarcho *Praec. pol.* Aptius vero ad rem nostram idem Plutarchus scripsit sympos. 4. Ὁπως νηφων, και προσεχων ἑαυτῳ τον λογον, *ut sobrius, et sibi attentus.* Nec praetereundus Herodianus habens ανηρ προμηθης τε, και νηφων, *vir praevidens, et sobrius.* Denique νηφοντα λογισμον ad vitae beatitatem in primis conferre ait Epicurus. *Epist. ad Menoec.*

V. 27. De Loquacitate, et Loquutuleiorum insipientia *V. Gell. N. A. lib. I. 15.* Aristoteles αδολεσχους ab ακολαστοις distinguit. *Eth. lib. IV. 13.*

V. 31. Locum habes *Iliad.* β. *v. 215.* Deest in papyro spatium ad recipiendam integram syllabam ναι vocis εμμεναι; at Homero praecinente restitutam nemo fortasse improbabit.

V. 33. Ὑπερβολη γαρ τις φαυλοτητος το τοις κρατιστοις εχθρον ειναι, *improbitatis ferme excessus est optimis esse exosum.* Plut. *de Od. et inv.* sub init. Ad locum Homeri superiori n. indicatum adnotat Scholiastes Venetus B. et L. Ὑπογραφει το μισοπονηρον αυτων, ὡς ουκ ηνειχοντο γελωντων πονηρων ανθρωπων· και το παροιμιωδες δε συναδει τουτοις· συνετος συνετον φιλει, αφρονα δ'αφρων. Τοις ουν καλλιστοις εναντιος ὁ εχθιστος, *innuit eorum odium contra improbos, non enim patiebantur malos homines deridere: Proverbium autem concinit his: prudens prudentem, at stultum stultus diligit. Optimis ergo contrarius est quisque turpissimus.* Atque hic obiter animadverto facile mendum subesse in voce εχθιστος, quam corrigendam censeo αισχιστος.



Luigi Corazza dis. *Fran.co Casanova inc.*

COLUMNA IV.

ἐκτροπην εντυγχανει τε προς αυριον επ' ανδρα · και ποτε πεττοις ενιοι παιζουσι · τα δε πολλα παντες η επαιτουσι των προυργου τι, και χρησιμων, η βουλευουσιν, η μελετωσι τι των προς μελησιν, η την ενοπαιον αγωνιαν · ουχ οἱ αριστοφοροι γε ὁσον, αλλα και

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Και τοις αυτοις κραταιοις μελει εκεινο · Βαλουντες την αλλοτριαν, απολιποντες δε την οικειαν, ὡσπερ ὁ του τελευταιου Νικομηδους πατηρ. Παραδειγμα δ' ἡμιν ὁ Τηλεμαχος τ' ενεστιν. Τουτον γαρ και νεον ὑπαρχοντα, και

cras convertetur in virum; et talis nonnulli ludunt; universi vero plerumque aut quaerunt egregium quid vel utile, aut consilium aliquod ineunt, aut quid meditantur eorum, quae vel privatam cuiusque exercitationem respiciunt, vel clamorosam concionem; neque veteratores solum, virtutisq: speciem praeferentes, sed etiam . . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

et ipsis potentibus illud est cordi: sunt abjecturi rem alienam, quum amiserint suam, quemadmodum accidisse accepimus ultimi Nicomedis patri. Telemachus vero et exemplar nobis exhibetur. Hunc enim et iuvenem, et . . . .

ADNOTATIONES.

V. 2. Respicit v. 107. *Odyss. α*, ubi proci dicuntur oblectati talis: οι μεν επειτα πεσσοισι προπαροιθε θυραων θυμον ετερπον: *Illi quidem tum talis ante ianuam animum oblectabant.* Desperata vero prorsus lectio est praecedentium scriptoris librarii negligentia, qui verba nonnulla loco excisa temere superposuerat, eademque ut pote evanida legi nullo pacto potuerunt; quantum vero expiscari potuimus ex seiunctis verbis, pro certo habemus Philodemum opposuisse superioribus verbis procorum negligentiae Telemachi prudentiam: το enim Καιρους εις κυβους, et συνδιατριβας, και την αλλην ῥαθυμιαν, perinde ut πεττοις παιζουσι ad procos referendum; ad Telemachum contra το, εκτροπη εντυγχανει τι προς αυριον επ' ανδρα, quibus verbis innui videtur virtus illi a Minerva ingesta, quum concionem advocare, procosque paternis domo expellere iubet. Ibid. v. 269. sq.

V. 5. Διακωλυσαι τι των προυργου ποιων *aliquid eorum, quae in rem praecipue cadunt prohibere, quominus agat* eadem ratione dixit Aristophanes *Plut. v. 613.* Confer vero eum nostro illud Luciani Πραττειν προυργου τι, και αναγκαιον, *facere quid pro re, et necessarium. Hermot. 79.*

V. 8. Vox ευοπαιος abest a Lexicis: esse tamen videtur *evidens*, vel *clamorosus*. Et licet Herodianus interpretetur αορατως το homericum ευοπαια, placet tamen hoc loco magis supra allata significatio, quippe quae recta manat ab ενοπη, *vox clara*, *alta*, eamque apte convenire concioni τη αγωνιᾳ quisque sentit.

V. 9. Etsi vox αρεταφορος a lexicis exulet, compositionis tamen, atque αναλογιας legibus non obstat: idemque Philodemus aliis usus est. V. Philod. *de Rhetor.* Col. XXVIII. Hercul. vol. t. V. Licet vero ibi omnino legatur αρετηφορος, praeponendam censeo formam αρεταφορος, ut αρεταλογια, et αρεταλογος, quam formam et latini usurparunt. *Bilem, aut risum fortasse quibusdam moverat, ut mendax aretalogus.* Juven. 15. 15. adde Suet. in Aug. *Histriones interponebat, ac frequentius aretalogos.* c. 74. De aretal. v. Salmas: ad Vopisc. Aurel. 42.

V. 19. Eadem ferme habet et Aristoteles *Ethic. lib. IV. c. 3.* περι Ασωτ. Ταχυ γαρ επιλειπει αυτους τα ὑπαρχοντα. Αναγκαζονται ουν ἑτερωθεν πορίζειν· ἁμα δε και δια το μηδεν του καλου φροντιζειν ολιγωρως, και παντοθεν λαμβανουσι, *nam cito illos deficit rei familiaris copia, aliunde igitur coguntur capere: simulque quia nullam honesti rationem ducunt, negligenter, et undecumque conradunt.* In his ipsis verbis quaerendus nexus inter duo fragmenta huius columnae.


V. 21. Spectare puto adversam fortunam Nicomedis III. tum caussas incursionis in fines regni Mithridatici, eiusque secessum in Paphlagoniam post cladem a Mithridate acceptam ad Amnium. V. Appian. *Mithrid.* Ibi in primis notanda sequentis verba, quae Philodemi mentem explicare videntur Ο' Νικομηδης πολλα μεν ὑπερ της επικουριας τοις στρατηγοις, και τοις πρεσβεσιν ὡμολογηκως χρηματα δωσειν, και ετι οφλων, πολλα δ' αλλα παρα των ἑπομενων ῥωμαιων δεδανεισμενος, και οχλουμενος: *Nicomedes, qui magnam pecuniam pro restitutione ducibus, et ipsis legatis ex pacto debebat, magnam etiam a Romanis, qui eum sequebantur, foenori acceperat, quae tum repetebatur.*

V. 3. Temperantiam Ulyssis, et Telemachi hoc loco attingere videtur Philodemus. De temperantia vero adolescentibus necessaria haec in primis habet Plato. *De Republ lib. III.* Τι δε; σωφροσυνης αρα ου δεησει ἡμιν τοις νεανιαις; πως δ' ου; σωφροσυνης δε ως πληθει ου τα τοιαδε μεγιστα; Αρχοντων μεν ὑπηκοους ειναι, αυτους δε αρχοντας των περι ποτους, και αφροδισια, και περι εδωδας ἡδονων; *Quid praeterea? nonne temperantia nostris adolescentibus opus erit? quidni? temperantiae vero nonne haec maxima sunt? ut subditi obtemperent Magistratibus, et principibus, magistratus autem, et principes ut ad venereorum, epularum, et compotationum usum sint continentes?* Adde: Gell. *N. Attic. lib. IV. c. 19. Pueros impuberes compertum est, si plurimo cibo, nimioque somno uterentur, hebetiores fieri.*

V. 5. Nullum verbum opportunius, reique ipsi magis conveniens visum est, quam νηφοντων, mentio enim est de sobriis et potoribus; quod verbum cum αοινος coniunctum invenitur apud Athenaeum, quem sequuti sumus h. l. Sobrietatem vero ipsos heroas adprime decere iamdudum animadverterunt veteres. Rem in primis attigit Aristoteles *Poët. lib. I. c. 15.* interpretans verba. *Il. I. v. 203.* Ζωροτερον δε κεραιρε. Item Athenaeus *lib. X*, et prae caeteris Plutarchus *Sympos. V. probl. 4* Huc quoque revocandum lepidum responsum a Pisone tributum Romulo de eiusdem sobrietate, et modico vini usu. *Gel. l. c.* V. Athen. *Deipn.* lib. II. c. 20 seq.

V. 10. Licet agnoscere in ipso vestigio Epicuri doctrinam, quem *tenuem victum anteferre copioso* jam scripsit Tullius. *Tuscul. III. c. 20.* Sed praestat sistere ipsa, eaque praeclarissima Epicuri verba. *Epist. ad Menoec. apud Laert. V. E. n. 131.* Και μαζα, και ὑδωρ την ακροτατην αποδιδωσιν ἡδονην, *offa et aqua summam exhibet voluptatem.* V. quae ibi habent Schefferus, et Kunhius Huc respicit quod refert Diocles apud Laërtium de discipulis Epicuri. Διοκλης δε εν τη τριτη της επιδρομης φησιν. εντελεστατα και λιτοτατα διαιτωμενοι· κοτυλη γουν οινιδιου ηρκουντο· το δε παν ὑδωρ ην αυτοις ποτον. *Diocles in tertio cursus libro ait: frugalissimi parcissimique in victu cotyla vini erant contenti: reliquus vero potus omnino erat illis aqua.* Nec vero unam voluptatem in ea sobrietate quaerebat Epicurus, sed bonam etiam corporis valetudinem. Το συνεθιζειν ουν εν ταις ἁπλαις, και ου πολυτελεσι διαιταις και ὑγιειας εστι συμπληρωτικον, και προς τας αναγκαιας του βιου χρησεις αοκνον ποιει τον ανθρωπον, *Tenui nec sumptuoso victui assuescere et sanitatis est efficiens, et ad necessarios vitae usus hominem reddit impigrum. l. c.*

V. 10. Ab temperantia a vino et cibis gradum jam facit ad temperantiam linguae. Plutarchus ferme simili ratione tria in juvenibus requirebat, temperantiam animi, silentium linguae, pudorem in vultu. *De liber. educ.*


ΟΥCΠΑΡΑΠΑ
ΕΝΑΛ ΟΥΤΑΙ
Τ ΛΕΙΚΗ ΝΕΩΝ
Ο ΧΗ ΕCΙΝΜΤΘΟΙΤΗ ΑΚΟ
ΛΑCΙΑCΑΠΟΤΡΕΠΟΝΤΕCΕΙ
ΙΔΙΟΥΚΟΠΙΤΗΑΕ
ΡΟCΟ Ν ΑΓΚΩ Ε
ΝΑΙΤΗCΑΙCΧΡΟΛΟΓΙΑCΤΩ
ΜΕΤΑΓΕ ΩΝΜΝΗΜΟΝΕ
CΕΙΝΚΑΙΤΗCΑΜΗ ΒΩΜΟ
ΛΙΑΝΥΠΕΝΙΩΝ
ΕΠΙ ΜΕΝΗCΔΕΙΜΕ
ΓΑΛ ΟΙC ΜΠΟCΙΟΙC
ΑΦΕ ΑΘΑΠΕΡΑ ΑΜΑ
ΞΗCΠ ΤΟΥCΙΝΑΛΛΟΥΒΑ
CΙΛΕΥΕ ΑΡΕΛΑCΘΑΙΜΕΤΑ
ΚΑΤΑΦ ΗCΕΩCΑΛΛΟΝ Α
ΑΠΑC ΕΤΑCΕΒΑC Υ
ΧΡΕΙΑC ΗC ΙΝΑ
ΘΑΥΜΑ CΟΜΗ
CΤΩC
ΟCΩC
ΛΟΓΟΙC
ΖΩCΙΝΟΥ
ΙΝ
ΤΑCΝ
Υ
ΑΚΩCΓΥ
ΗΝΜΑ
ΡΑΓ
ΚΑΙΦΗCΙΝ
ΝΑΚΑΘΥ ΝΩ CΩCΙΝΟΥΔΩC
ΟΠΟΙΗΤΗ ΕΔΗ ΩΝ
ΚΤΡΟΙΟΠΑΛΑΙΟΥΘΕCΜΟ
ΦΙΛΟΤΗCΙΑΝΤΕΡΨΙΝΗΤ
ΤΟΙΟΥΤΟΝ ΟΙΜΑΙΔΕΤΩΓ
Υ ΤΟΥCΜΕΤΑΠ ΝΕCΤΕΡΟΥCΒΑC
CΘΟΤΑΝ ΝΖΩCΙΝ
COL II

Luigi Corazza dis. *Fran. Casanova inc.*

COLUMNA II.

βεβηκοτα εις τουτο παντα συντεινει. και γαρ αυτος αει μην τοις εργοις ποιει λογους παραπλησιους, και ουδεν αλλοιουται. Τοιουτοι δ' εικη εν νεων ορχησεσιν μυθοι της ακολασιας αποτρεποντες εισιν· δι' ουκ επιτηδειον προς ογκον αν δοκω γε ειναι της αισχρολογιας των μεταγενων μνημονευσειν, και της αλλης βωμολοχιας και λιαν υπ' ενιων επισκεπτομενης. Δει μετ' αλλα δ' εν τοις συμποσιοις αφεξ' οι καθαπερ απ' αμαξης πως ζητουσιν αλλου βασιλευειν, η παρελασθαι μετα καταφρονησεως, αλλον δ' αγαπασθαι μετα σεβασμιου χρειας.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Και φησιν ινα καθυπνωσωσιν, ουχ' ως ὁ ποιητης γε δηλων λεκτροιο παλαιου θεσμον, φιλοτησιαν, τερψιν, η τι τοιουτον. Οιμαι δε εγω γε τους μεταγενεστερους βασι-

eodem cuncta usque intenduntur; ipse enim semper operibus sermones adhibet apte respondentes, nec hilum quidem unquam immutatur. In recentiorum vero saltationibus frustra requirantur sermones a linguae licentia abhorrentes. Idcirco videtur minime conveniens turpes recentiorum sermones referre (saltem quod attinet ad dignitatem) atque aliam quamcumque scurrilitatem a nonnullis vehementer improbatam. Praeterea in conviviis arcere illos opus est, qui veluti ex plaustro conantur aliis dominari, vel contemptu vexare, alios contra veneranda sententia benigne excipere

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Et ait: ut obdormiant, non ut poëta prae se ferens thalami vetusti legem, propinationem, delectationem, vel aliud quid hujusmodi. Idcirco censeo sequioris aetatis Reges. . . . . .

V. 7 Saltationem arctissimo vinculo cum cantu in conviviis conjunctam fuisse nota satis res est; idcirco Homerus eorumdem ornamentum eadem vocat: Μολπη τ' ορχηστυς τε· τα γαρ αναθηματα δαιτος, *et cantus, et saltatio, ipsae enim sunt ornamenta convivii.* Odys. α v. 125. V. Platon. *Gorg. p. 14. Edit. Bipont.* de cantoribus in conviviis: tum Homerum ipsum *Il. XVIII.* et alibi. Propius ad rem nostram Nonius II 70. *Aderant in conviviis pueri modesti, ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant majorum assa voce, et cum tibicine.* Adde Virgil. Aen. 1. v. 745. seq.

V. 10. Ογκον reponendum visum est opportunum, quod verbum τη Βωμολοχια opponitur significatione gravitatis cujusdam, et majestatis, ex qua egregie dicitur ὄγκος φρονηματος, δοξης, βασιλικος· Plutarchus *in Coriolano* scribit: Μεστος ων ογκου, και μεγας γεγονως φρονηματι, *majestatis plenus, et magna prudentia.* Idemque Plutarchus loquens de Demosthenica dicendi ratione ογκον cum μεγαλοπρεπεια conjunxit.

V. 13. Belle quidem Plutarchus, et ad rem αισχιστα ῥηματα cum Βωμολοχιαις conjungit, ut heic Philodemus αισχρολογιαν cum αλλη Βωμολοχια. *Ne suav. Vivi poss. iuxta Epic.* De Βωμολοχια V. Aristotel. *Ethic II.* Kuster: *ad Aristoph. Timaei Lex.*

V. 17. Ne mireris hanc vocales elidendi rationem, quae occurrit etiam Col. XI. v. 14. κορυσσεσθ' αυτην, et in fragmento papyri adhuc ανεκδοτου, tituloque carentis, ubi legitur col. VI. φαινετ' ειναι προσηκον. Neque quidquam obstare videtur natura brevior diphthongorum αι, et οι, quae discrimen aliquod inferre videtur inter allatum exemplum, et αφεξ'οι.

V. 17. Ad rem Menander apud Harpocrationem: Επι των αμαξων εισι πομπειαι τινες σφοδρα λοιδοροι, *in plaustris nonnulla sunt dicteria valde acerba.* V. πομπ. Tum Demosthenes *pro Ctesiph.* propiori ratione ait: ῥητα και αρρητα ονομαζων, ὥσπερ εξ αμαξης, *fanda infandaque efferens veluti ex plaustro.* Adde Sextum Empir. adv. Gramm. c. 3. Non probarim vero quod legitur apud ipsum Harpocrationem: Κοβαλεια ἡ προσποιητη μετ' απατης παιδια, και κοβαλος ὁ ταυτη χρωμενος· εοικε δε συνωνυμον του βωμολοχια. Κοβαλεια *est jocus simulatus cum dolo, quique eadem utitur est* κοβαλος: *videtur autem esse synonymum cum* Βωμολοχια.


V. 22. Vulgaris usus του χρεια ea significatione, quam verbo tribuimus reddit rationem supplementi; saepius enim a doctis grammaticis fuit observatum v. χρεια habere significationem proximam τη γνωμη. Velim animadvertas insuetum usum vocis mediae verbi αγαπασθαι; sed opinor omnia verba posse fieri *media*, quum eorumdem actio ad ipsum agentem refertur.

V. 30. Αλλους, puto, et βωμολοχους h. l. vituperat Philodemus, quorum opera et verba longe discrepant ab suavibus Homeri affectionibus. Spectat vero v. 297. *Odys.* ψ.

Ασπασιοι λεκτροιο παλαιου θεσμον ἱκοντο,
Lubentes ad antiqui lecti ritus accesserunt.

Quocum comparandi versus Sabini *Epist. Penel. Ulys. 130.*

Heu precor, ut properet ille venire dies,
Antiqui renovet qui laetus foedera lecti.



Luigi Corazza dis. *Fran. Casanova inc.*

COLUMNA III.

λεις
. . . .
. . . .
. . . .
Ὁμηρος · αλλ' εν Ο-
δυσσειᾳ μην ουδε τοιαυτας
τας των Μοναρχων εστι-
ας παραγει διαπαντος,
ὡς ὁ γε Αριστοτελης εφη. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
προς τον της Συρου δυ-
ναστευοντα · εστι και το
φιλογελοιον ὁλως ειναι
τον βασιλεα κἀν αυτοις, ἁ-
περ ουκ εικος γελαν, ου-
κ εοικεν αγαθον. Διοτι κα-
θαριευων, οιμαι, κατεχει
τους τοιουτους γε · αλλα
και μην εν πασιν Ὁμηρος
προτιμᾳ το πρεπον, και ε-
πιζητει προ παντων, ουδε
νηφοντι δοκει δειν κατα-
γελαν, ὁ τι εστιν αδικωτα-
τον · απονευει ουν φαντας
επι τῳ πρεποντι · Ὡς-
τε και τον Θερσιτην επι
τουτῳ ψεγει δεινως, επι
τῳ παν λεγειν, ὁ τι οἱ εισαι-
το γελοιον Αργειοισιν εμ-
μεναι · και πασιν μεν αυτον εισ-
αγει στυγητον, εχθιστον δ'Α-
χιλλει μαλιστα, και Οδυσσει,
περι ὧν συγγραφει. Τους δε. . . .

. . . . Cap. III.
. . . . De cura rei familiaris.
. . . .

Homerus; at in Odyssea nec omnino tales exhibet domesticos Monarcharum lares, ut ait Aristoteles. .
. . . .
. . . .
. . . .

ad eum qui Scyri imperabat: omnino enim effusum risum amare etiam in illis rebus, quae minus ridendae sunt, bonum regem haud sane decere videtur. Quapropter, puto, mores ipse purgare studens, cohibet huiusmodi homines; imo in omnibus poëta magni facit decorum, et ante omnia requirit; neque sobrium decere putat derisionem, quippe quia eadem est iniustissima; aversatur ergo linguaces caussa decoris. Idcirco etiam Thersiten vehementer vituperat, is enim effutit quodcumque ridiculum sibi videtur Argivis fore; tum eumdem inducit invisum omnibus, maxime Achilli, atque Ulyssi, de quibus scribit. Eos autem

ADNOTATIONES.

V. 9. Aristotelis των Ὁμηρον ἐξηγουμενον meminit Dio II. *de Regno*, et Aelianus *Hist. Anim. XV. 28.* Eumdem hunc putarim cum illo, qui a Laërtio memoratur περι της Ιλιαδος πεπραγματευμενος *lib. V. 35.* Ex illis autem, quae praecedunt, facile erit intelligere Philodemum comparare homericos cum sequiorum aetatum principibus, et fortasse discrimen aliquod invehere inter ipsos principes, qui in Iliade, quique in Odyssea memorantur.

V. 14. In papyro sine ulla dubitatione legitur της Συρου; sed quid hoc loco sibi velit haec vox, non penitus assequi potui. Si placet, corrige Σκυρου, et reputa hic verba fieri de aula vel Lycomedis, vel alterius cuiuscumque principis.

V. 16. Ut taceam de multis aliis in re trita, et vulgari, id tantum monebo, idem praecepisse et Isocratem Demonico: Μητε γελωτα προπετη στεργε, μητε λογον μετα θρασους αποδεχου· το μεν γαρ ανοητον, το δε μανικον, *noli risum effusum amare, neque sermonem cum audacia suscipere; alterum enim stultum est, alterum furiosum.*

V. 17. Και nulla του ιωτα adscriptione. Familiaris autem est haec ratio scribendi librario scriptori huius papyri. V. exemplum col. X. sub fin. et alibi passim. In dandi casu tantum constanter adscribit ι. in aliis vocibus arbitrio suo tollit, vel addit nulla certa ratione.


V. 22. Reposuimus Ὁμηρος innixi verbis, quae infra sequuntur, ὡστε και τον Θερσιτην επι τουτῳ ψεγει δεινως, quae poetam omnino respicere visa sunt. Praesertim, quum in fine huius columnae legatur: και πασιν μεν αυτον εισαγει στυγητον, quae non nisi ad poetam spectare posse videntur. Nostrum vero πρεπον respondet Homerico ακοσμα, et κατα κοσμον. *Il. β. v. 213 et 214.*

V. 25. *Sobrius*, et *vigilans* a Cicerone conjunguntur, ut νηφων, et αγρυπνων a Plutarcho *Praec. pol.* Aptius vero ad rem nostram idem Plutarchus scripsit sympos. 4. Ὁπως νηφων, και προσεχων ἑαυτῳ τον λογον, *ut sobrius, et sibi attentus.* Nec praetereundus Herodianus habens ανηρ προμηθης τε, και νηφων, *vir praevidens, et sobrius.* Denique νηφοντα λογισμον ad vitae beatitatem in primis conferre ait Epicurus. *Epist. ad Menoec.*

V. 27. De Loquacitate, et Loquntuleiorum insipientia *V. Gell. N. A. lib. I. 15.* Aristoteles αδολεσχους ab ακολαστοις distinguit. *Eth. lib. IV. 13.*

V. 31. Locum habes *Iliad. β. v. 215.* Deest in papyro spatium ad recipiendam integram syllabam ναι vocis ημεναι; at Homero praecinente restitutam nemo fortasse improbabit.

V. 33. Ὑπερβολη γαρ τις φαυλοτητος το τοις κρατιστοις εχθρον ειναι, *improbitatis ferme excessus est optimis esse exosum.* Plut. *de Od. et inv.* sub init. Ad locum Homeri superiori n. indicatum adnotat Scholiastes Venetus B. et L. Ὑπογραφει το μισοπονηρον αυτων, ὡς ουκ ηνειχοντο γελωντων πονηρων ανθρωπων· και το παροιμιωδες δε συναδει τουτοις· συνετος συνετον φιλει, αφρονα δ᾽αφρων. Τοις ουν καλλιστοις εναντιος ὁ εχθιστος, *innuit eorum odium contra improbos, non enim patiebantur malos homines deridere: Proverbium autem concinit his: prudens prudentem, at stultum stultus diligit. Optimis ergo contrarius est quisque turpissimus.* Atque hic obiter animadverto facile mendum subesse in voce εχθιστος, quam corrigendam censeo αισχιστος.



Luigi Corazza dis. Fran. Casanova inc.

COLUMNA IV.

ἐκτροπην
ἐντυγχανει τι προς αυριον
επ' ανδρα · και ποτε πιττοις
ενιοι παιζουσι · τα δε πολ-
λα παντες η επαιτουσι των
προυργου τι, και χρησιμων,
η βουλευουσιν, η μελετωσι
τι των προς μελησιν, η την
ενοπαιον αγωνιαν · ουχ οἱ
αριστοφοροι γε ὁσον, αλλα
και
· · · · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · ·
Και τοις αυτοις κρα-
ταιοις μελει εκεινο · Βα-
λουντες την αλλοτρι-
αν, απολιποντες δε την
οικειαν, ὡσπερ ὁ του τελευ-
ταιου Νικομηδους πατηρ.
Παραδειγμα δ' ἡμιν ὁ Τη-
λεμαχος τ' ενεστιν. Τουτον
γαρ και νιον ὑπαρχοντα, και

cras convertetur in virum; et talis nonnulli ludunt; universi vero plerumque aut quaerunt egregium quid vel utile, aut consilium aliquod ineunt, aut quid meditantur eorum, quae vel privatam cuiusque exercitationem respiciunt, vel clamorosam concionem; neque veteratores solum, virtutisq: speciem praeferentes, sed etiam . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
et ipsis potentibus illud est cordi: sunt abjecturi rem alienam, quum amiserint suam, quemadmodum accidisse accepimus ultimi Nicomedis patri. Telemachus vero et exemplar nobis exhibetur. Hunc enim et iuvenem, et . . . .

ADNOTATIONES.

V. 2. Respicit v. 107. *Odyss.* α, ubi proci dicuntur oblectari talis: οἱ μεν επειτα πεσσοισι προπαροιθε θυραων θυμον ετερπον: *Illi quidem tum talis ante ianuam animum oblectabant.* Desperata vero prorsus lectio est praecedentium scriptoris librarii negligentia, qui verba nonnulla loco excisa temere superposuerat, eademque ut pote evanida legi nullo pacto potuerunt; quantum vero expiscari potuimus ex seiunctis verbis, pro certo habemus Philodemum opposuisse superioribus verbis procorum negligentiae Telemachi prudentiam: το enim Καιρους εις κυβους, et συνδιατριβας, και την αλλην ραθυμιαν, perinde ut πεττοις παιζουσι ad procos referendum; ad Telemachum contra το, εκτροπη εντυγχανει τε προς αυριον επ' ανδρα, quibus verbis innui videtur virtus illi a Minerva ingesta, quum concionem advocare, procosque paterna domo expellere iubet. Ibid. v. 269. sq.

V. 5. Διακωλυσαι τι των προυργου ποιειν *aliquid eorum, quae in rem praecipue cadunt prohibere, quominus agat* eadem ratione dixit Aristophanes *Plut. v. 613.* Confer vero cum nostro illud Luciani Πραττειν προυργου τι, και αναγκαιον, *facere quid pro re, et necessarium. Hermot. 79.*


V. 8. Vox ευοπαιος abest in Lexicis: esse tamen videtur *evidens*, vel *clamorosus*. Et licet Herodianus interpretetur αοινατως το homericum ευοπαια, placet tamen hoc loco magis supra allata significatio, quippe quae recta manat ab ευοπη *vox clara*, *alta*, camque apte convenire concioni τη αγωνιᾳ quisque sentit.

V. 9. Etsi vox αρεταφορος a lexicis exulet, compositionis tamen, atque αναλογιας legibus non obstat: idemque Philodemus alias usus est. V. Philod. *de Rhetor.* Col. XXVIII. Hercul. vol. I. V. Licet vero ibi omnino legatur αρετηφορος, praeponendam censeo formam αρεταφορος, ut αρεταλογια, et αρεταλογος, quam formam et latini usurparunt. *Bilem, aut risum fortasse quibusdam moverat, ut mendax aretalogus.* Juven. 15. 15. adde Suet. in Aug. *Histriones interponebat, ac frequentius aretalogos.* c. 74. De aretal. v. Salmas. ad Vopisc. Aurel. 42.

V. 19. Eadem fere habet et Aristoteles *Ethic. lib. IV. c. 3.* περι Ασωτ. Ταχυ γαρ επιλειπει αυτους τα ὑπαρχοντα. Αναγκαζονται ουν ἑτερωθεν πορίζειν· ἁμα δε και δια το μηδεν του καλου φροντιζειν ολιγωρως, και παντοθεν λαμβανουσι, *nam cito illos deficit rei familiaris copia, aliunde igitur coguntur capere: simulque quia nullam honesti rationem ducunt, negligenter, et undecumque conradunt.* In his ipsis verbis quaerendus nexus inter duo fragmenta huius columnae.

V. 21. Spectare puto adversam fortunam Nicomedis III. tum caussas incursionis in fines regni Mithridatici, eiusque secessum in Paphlagoniam post cladem a Mithridate acceptam ad Amnium. V. Appian. *Mithrid.* Ibi in primis notanda sequentia verba, quae Philodemi mentem explicare videntur. Ὁ Νικομηδης πολλα μεν ὑπερ της επικουριας τοις στρατηγοις, και τοις πρεσβεσιν ὁμολογησας χρηματα δωσειν, και ετι οφλων, πολλα δ' αλλα παρα των ἑπομενων ῥωμαιων δεδανεισμενος, και οχλουμενος: *Nicomedes, qui magnam pecuniam pro restitutione ducibus, et ipsis legatis ex pacto debebat, magnam etiam a Romanis, qui eum sequebantur, foenori acceperat, quae tum repetebatur.*

φιλοδημου περι καθ' Ομηρον



COL. V

Luigi Corazza dis. — Fran. Casanova inc.

COLUMNA V.

απειρον, παρεσχε καλον
των αυτου οικονομον, ὁ παι-
δι μαλα πρεπει· ὡστ' ευ
φησι· Βουλομαι νεισθαι
εφ' ἡμετερα, μη πατερ'
αντιθεον διζημενος αυ-
τος ολωμαι· και ·Χρηματα
τε προλιπων, ανδρας τ' εν
δομοισιν, οἱ επιτηδες αυ-
τω επεβουλευον. Δηλοι
ακινητον ειναι δε, και μη
τυγχανειν ανεστραμμενον
μοιραν προς το βουλημα το ε-
πι νου ζωντων, επει και α-
θεατον αναγκη· και αν ὑσ-
τερητον ειναι πολλων,
και αισθησιας απειρον ι-
σηγορος πολλακις εξε-
παιδευσεν νοων συσκευ-
ας, και αιολιστι αγοντας
ονειδιζων. . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . εμελλε
λυσιμελειν· ου γαρ δη πλει-
ον γ' εστι ποιησειν περι του
εμπροσθεν της Ιθακης ον-
τος ηδη, και την Αθηναν
δεικνυσθαι ὁποια δειν των
ειρημενων ἑνεκα . . . .

rerum imperitum, exhibuit tamen optimum rerum suarum administratorem, quae res iuveni apprime decora. Idcirco belle ipse dicit: Volo reverti domum meam, ne patrem quaerens ipse peream: tum: Facultates relinquens, et homines domi, qui impense, et data opera sibi insidias struebant. In his ostendit immobile esse fatum, neque prorsus converti ad voluntatem, quae cadit in mentem viventium, etenim caecum fatum est: tum pluribus deficere, et sensus esse expers sibi consentaneus (Homerus) saepenumero edocuit et ipse noscens insidias, et in dolose agentes exprobrans.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Somno iam iam solvet membra. Nihil enim amplius facere licet de eo, qui iam coram Ithaca est, nec Minervam monstrare, quae opus esse propter ea, quae dicta sunt
. . . .

V. 1. Ut totius nostri supplementi rationem assequaris, tibi proponas opus est sequentia Homeri loca, quae tibi suppeditat *Odyss:* O. v. 88. sq.

1.° Βουλομαι ηδη νεισθαι εφ' ἡμετερ' (ου γαρ οπισθεν
Ουρον ιων κατελειπον επι κτεατεσσιν εμοισι)
Μη πατερ' αντιθεον διζημενος αυτος ολωμαι κ. τ. λ.
Volo jam redire ad nostra (non enim pone
Custodem discedens reliqui apud possessiones meas)
Ne patrem Deo parem quaerens ipse peream.

2. Τηλεμαχ', ουκ ετι καλα δομων απο δην αλαλησαι
Κτηματα τε προλιπων, ανδρας τ' εν σοισι δομοισιν
Ουτω ὑπερφιαλους.
Telemache, non amplius bene a tua domo diu aberras
Relictis possessionibus, et viris tam superbis in aedibus tuis
v. 10. sq:

3. Αλλο δε τοι γε επος ερεω· συ δε συνθεο θυμῳ.
Μνηστηρων σ' επιτηδες αριστηες λοχοωσιν . . . .
Αλλα τα γ' ουκ οιω.
Aliud vero tibi verbum dicam, tu vero repone animo:
Procorum tibi diligenter optimates insidiantur . . . .
Sed ea scilicet non futura puto. v. 27.

In his omnibus habes rei domesticae curam caeteris praepositam: in αλλα τα γ' ουκ οιω autem habes obiter vinculum, et nexum, nec non transitum a cura rei domesticae ad fati immobilitatem. Et ni fallimur, hoc ipsum vinculum non homerica solum Philodemo suppeditarunt; sed innixus fuisse videtur verbis, quae sic concepta exhibentur in epistola Epicuri ad Menoeceum: Δια το την μεν αναγκην ανυπευθυνον ειναι, την δε τυχην αστατον ὁραν, *quia videat necessitatem quidem* (sc: fatum) *esse legibus solutam, fortunam vero inconstantem.* Et quidem αστασιαν fortunae satis clare attigisse patet columna praecedenti maxime Nicomedis exemplo.


V. 11. Conferre poteris το Epicuri ανυπευθυνον cum nostro ακινητον, tum Philodemi αnεστραμμενον cum Euripidis στερρα γαρ αναγκη. *Hecub.* in fin. Hanc fati immobilitatem attigit Plutarchus vocans ατρεπτον, και ακρατιστατον apud Stob: *Ecl.* lib. I. cap. 6. et Sophocles apud eumdem ibid. scribens: αφυκτα μηδεα αδαμαντιναις ὑφαινεσθαι κερκισιν αισαν, *consilia inevitabilia ordiri parcam radiis adamantinis.* Iamblichus habet haec: Ὡστε ουδε ὁπερ εκ των ὁμηρικων συ παρεθηκας το τρεπτους ειναι τους θεους ὁσιον εστι φθεγγεσθαι, *ita ut non sanctum sit dici, quod ex homericis afferebas, deos esse mutabiles.* Huc fortasse trahendum est et illud Ciceronis: *At qui introducunt caussarum seriem sempiternam, ii mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati devinciunt. De fat:* cap. 5. Inter Epicuri opera recensetur a Laërtio liber περι ἑιμαρμενης *De fato.* Non est huius loci inquirere quid fuerit fatum Epicuri; sed non est praetereundum heic innui mentem quamdam providentem, et beneficam, quae Telemachi incolumitati consulit: mentem illam, de qua auctor Vitae Homeri lib. II. 115 scripsit: Της δε του θεου διανοιας εχεται και ἡ προνοια, και ἑιμαρμενη . . . . τουτων δε παντων τας αφορμας Ὁμηρος παρεσχε, *ad Dei vero mentem providentia, et fatum pertinent . . . . horumque omnium qualitates Homerus suppeditavit*

V. 15. et seq. Ὑστερω πολλων est apud Demosth. *pro cor.* et passim apud alios.

V. 17. Confer cum versu Aristoph. 707. *Plut.* Λεγεις αγροικον αρα συ γ' ειναι θεον; *Dicis ne tu sensu carentem esse Deum?* ibi enim αγροικον exponunt αναισθητον.

V. 21. Corrige ονειδιζων ut reposuimus in nostro.

V. 26. Fortasse spectat v. 79. *Odyss:* N. Και τῳ νηδυμος ὑπνος επι βλεφαροισιν επιπτε, *Et huic (Ulyssi) suavis somnus in palpebris incidit.* Tum Δη τοτε γ' ατρεμας ευδε, *at tunc placide dormiebat . . . .* Ibid. v. 92.



Luigi Corazza dis. *Fran. Casanova inc.*

COLUMNA VI.

. . . . . . Απο δη των τοιουτων αναχωρησαντες τα λεπτα σπουδη μη ειλειν παραινουμεν · αυθις δε λεγομεν, ότι πραγμα μην εισι πικρον εχθραι φερουσ' αινοτητα διδασκειν · την δ' επιεικειαν, και το βαθος πως η ήμερον, και συν τ' ευδαιμονικον, εφοσον επι πλειστον ώς φορουντα προς ευσταθειαν ὑπαρχει, ώστε μηδε θαμβει, η φοβω. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . .ὑπολαβη προς ανθρωπους ελλιπεστεραν εσχηκεναι. Τεκμηριον δ' αγαγειν εστι και του μ' εχθεσθαι των εσχατωτατων εχθρων, και συγγνωμην μετα του κρειττονος καν τη τελευτη δουναι αυ

Cap. IV.

De vitandis simultatibus, et de clementia ad Reip. stabilitatem conducente.

Ab his vero digredientes vehementer hortamur, ne tenuia tricis involvantur; et rursus dicimus gravem, ac tristem rem esse simultates, quippe quae ad crudelitatem edocendam sint pronae: Comem vero facilitatem, et consilii profunditatem quodammodo amabilia esse dixit, et simul ad felicitatem conducentia; quatenus plerumque ad firmitatem, atque stabilitatem sunt utilia, ut neque pavore, aut timoro. . . . .

. . . .


. . . .

. . . .

. . . . reputet esse in homines imperfectam. Licet vero et documentum afferre, quod non extremo odio idem fuerit comprehensus, et veniam, atque indulgentiam meliori consilio vel in morte tribuerit

V. 6. Ῥεπω cum infin: est apud Platonem *epist.* VII. v. VI. p. 101. edit. Bipont. Ποτερον αν ειη πορευτεον, και ὑπακουστεον, η πως, ὁμως ἐῤῥεπε δειν, *an eundum, parendumque foret, subiit oportere.* In significatione vero *flectendi* habet auctor Vitae Homeri lib. II. 169. Τῳ δε μαλλον διον ῥεπειν δυναμενος, *quare magis flectere posset.*

V. 6. et seqq. Nescio qua ratione suspecta declaretur in indice thesauri Stephaniani v. αινοτης, nec cur mutanda sit in δεινοτης, sicubi occurrat; namque ab αινος proficiscitur αινοτης eadem lege, ac ratione, qua a δεινος δεινοτης. Vocem igitur etsi nusquam antea occurrentem reposuimus requirente sententia dictatorium edictum nihil morati. De mansuetudine atque clementia in Civitate administranda V. in primis Cicer. *de officiis* lib. I. c. 25. *In liberis vero populis, et in iuris aequabilitate exercenda etiam est facilitas, et altitudo animi quae dicitur, ne, si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem, et odiosam incidamus. Et tamen ita probanda est mansuetudo, et clementia, ut adhibeatur Reip. caussa severitas, sine qua administrari civitas non potest.* De Agricola Tacitus scribit: *Tristitiam et arrogantiam, et severitatem exuerat: nec illi quod est rarissimum, aut severitas amorem deminuit.* Eadem fere et de Pompejo praedicat Cic. pro *Leg. Manil.* Hic vero obiter observa το βαθος Philodemi optime respondere *altitudini animi* loci Ciceroniani, ut επιεικειαν, και το βαθος latinum Oratorem vertisse adpareat *facilitatem et altitudinem animi*, eademque simul, ut Philodemus, coniunxisse.



Luigi Corazza dis *Fran Casanova inc*

COLUMNA VII.

πην τι τιμωριας προει-
λεσθαι.. . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . αλλ' η δι' ενδοσιν,
ἡ δια κρισιν φαινηται · αρα
ουν δια μεν την ηπιοτητ-
α φιληται, δια δε την επι-
τασιν, την ὁτε χρη, μη κατα-
φρονηται. Θεωρειται δε τοι-
ουτος εν τω τε αφιεναι των
επιβουλων, ὁτι προσευχαις
ανεστηκειν ἀιρησεις. Ει δε
τω φιλοσοφω πρεπει χω-
ρις πολλου ματαϊσμου, μετα
καιω κοσμιας, και συνεσεως
φαναι, ὡν οι μεν πλειστοι
μεγα γε αμελουσιν, ουκ αν
τι ακαιρον τελειν πρεπει
και τους ἡγεμονας, και Βασι-
λεις. Διο και Αγαμεμνων ευ-
κοσμιως τους Αχαιους αγει σι-
γη ῥαον δεδιοτας σημαντο-
ρας · τους δε βεβημενους κλαγ-
γη, και ενοπη δικην ορ-
νιων και δι χα κωλυει, όιος
δε τας απειλας, και ἀκοσμι-
ας του πληθους καταστελλειν
δι' Οδυσσεως κατα την ιδιαν
μεν, ἡν ὑπο πλαμενων ειχε
διαπειραν. Αμιλει δ' αυτα

eamdemque ultioni praeponendam maluerit. . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

Sed vel remissione, vel iudicio manifestus fiat: inde igitur evenit, ut propter hanc clementiam diligatur, et propter severitatem, quum illa opus est, non contemnatur. Spectatur autem talis (Agamemnon) quum ab insidiis, et malis consiliis longe abhorret, quippe qui precibus dissidia e medio substulit. ¶ Si vero Philosophum decet sine magna stoliditate, imo cum modestia ac prudentia se gerere, quas res vulgus magnopere negligit, nihil certe intempestivum perficere decet et imperatores, et Reges. Idcirco facile, et concinne ducit Agamemnon Achaeos silentio duces reveritos: Cohibet vero qui incedunt cum clamore, et clangore ad instar avium, atque coercet; paratus et promptus ad minas, et petulantiam vulgi compescendam per Ulyssem propter singularem experientiam, quam sibi paraverat ex illis, quae fuerat perpessus. Profecto ista.. . . . .

Cap. V. Principum dignitas in poenis, ac praemiis tribuendis.

ADNOTATIONES.

V. 9. Papyrus luculentissime exhibet *ηπιοτη*; sed quum nullibi adpareat apud scriptorea vox *ηπιοτη*, aut *νηπιοτη*, vel quid simile, itemque novum, et inauditum sit verbum *αφιλεω*, putavimus posse legi *ηπιοτητα*, quam vocem reposuimus in nostro textu, nihil morantes extremum *α* esse male sejunctum, et male coagmentatum; idque in primis faciendum censuimus, quod non deaunt in hac, et in aliis papyris alia huiusmodi exempla. Sit satis exemplum vocis *διαπειρα* in Col. seq. v. 7.

V 12. *Θεωρεται* exhibetur in *απογραφω*, ut *καλεσθαι* pro *καλεισθαι*, et alia hujusmodi exhibet fragmentum a Christiano Petersen tributum Phaedro Epicureo: Amburg. 1833 atque a docto, amicissimoque nostro Collega Bernardo Quaranta restitutum Philodemo sub titulo *περι ευσεβειας*, qui titulus ab extremis ipsius fragmenti verbis eruitur. Ὁ *μακαριτης* Carolus Rosinius Herculanensis Academiae Praeses, aliique docti viri iamdiu observarunt non abesse ab aliis papyris huiusmodi *σφαλματα*, de quibus ipse Cicero querebatur ad Atticum scribens lib. XIII 23.

V. 15. Aeque doctis probatur utraque forma *αιρεσις*, et *αιρησις*, quam postremam exhibet noster.


V. 24. Locus ex Homeri Il. Δ. v. 427. desumptus est, et his verbis conceptus.

Ὡς τοτ' επασσυτεραι Δαναων κινυντο φαλαγγες
Νωλεμεως πολεμονδε. κελευε δε οισιν ἑκαστος
Ἡγεμονων· οι δ' αλλοι ακην ισαν (ουδε κε φαιης
Τοσσον λαον ἑπεσθαι εχοντ' εν στηθεσιν αυδην)
Σιγῃ δειδιοτες σημαντορας.
Sic tum confertae movebantur Danaorum phalanges
Indesinenter ad pugnam; imperabat autem suis unusquisque
Ducum: caeteri vero taciti ibant (neque sane dixisses
Tantas copias sequi habentes in pectoribus vocem)
Silentio reveriti ductores.

Plato accommodat hunc locum ad temperantiam, atque obedientiam Magistratibus *de Republ.* III. sub init. Imitatur vero Appianus *de Bello Civil.* III. Ουτ' εν τῳ πονῳ τις αυτων αφηκε φωνην, ουτε νικων, ουθ' ἡσσωμενος . . . αλλα τραυματα, και φονοι, και στονοι μονον αντι βοης . . . . θαμβος τε ην τοις νεηλυσιν επελθουσι τοιαδε εργα συν ευταξιᾳ και σιωπῃ γιγνομενα εφορωσι, *neque in labore quis eorum extulit vocem neque vincens, neque victus . . . sed vulnera, et caedes, et singultus erant pro voce . . . . stupore vero erant perculsi tyrones huiusmodi facinora ordine, et silentio patrata inspicientes.* V. insuper quae observat Samuel Clarkius ad h. l. et ad Γ v. 2. et 8.

V. 27. *Δικην ορνιθων* et c. Reposuimus ex Homerico v. 2. Il Γ, ubi legitur Trojanos ire ad bellum *κλαγγῃ τ' ενοπῃ τ' ορνιθες ὡς.*

[illegible]



Luigi Corazza dis

Fran

COLUMNA VIII.

Και τοι γ' ἑκαστος εκ της λειας επιτιμαται· διο Μενεσθευς δοξαζεται οκνειν ὑπ' Αγαμεμνονος, ὑπ' Οδυσσεως δε και κατα πληθος οἱ πλημμελουντες εν τῃ διασπορα. Ληφθεις δε τις των ευθετων εις παραδειγμα και κλαζεται, και δὶ ακης απειλης μετεχειν, επαινων τε ληψεται μεν ουδεν ὑπο Νεστορος, ὡσπερ ουδε ὑπ' Αγαμεμνονος, ουδεν δ' ὑπο των αλλων. Καλος τοιγαρουν επαινειται ὑπο των Αχαιων τε, μαλλον δε των εχθρων. Και τοι δωρα των βασιλεων μη κερδεσιν ὁριζεται, αλλα τιμαις. Εδρῃ γαρ, κρεασιν τε, ιδε πλειοις δεπαεσσι, και ὑπαναστασει, καθαπερ επιοντι τῳ Διι παντων των θεων· Και μεν ου μονα ταυτα· των μεγιστων δε τεμενων εκ των αλλων Γλαυκῳ μεμνη-

Et sane unusquisque praedae caussa obiurgatur. Idcirco Menestheus ab Agamemnone existimatur pugnam detrectare, ab Ulysse vero etiam qui in militum turba comperiuntur ignavi in periculo. Si quis vero adposite selectorum capiatur in exemplum, tum et increpatur et silentio interminationem participat; nihilque laudis, aut praemii refert a Nestore, nihil ab Agamemnone, nihil ab aliis. At strenuus quidem laudatur ab Achaeis, praecipue vero ab hostibus. Sane vero dona Regum non ex lucro tribuuntur, sed ex honoribus, sessione puta, et carnibus, et plenis poculis, et assurgendo, perinde ut advenienti Iovi omnes assurgunt Dii. Neque profecto haec tantum; sed maximaa praeterea agrorum portiones Glauco memorat

V. 1. Res vulgata strenuos in bello virtutis praemium ex parte praedae accipere a Ducibus. Αλλα δ' αριστηεσσι διδου γερα, και Βασιλευσι, *sed optimatibus dona dabat, et Regibus.* Il. I. v. 334 quod observans auctor vitae Homeri lib. II. 197 scribit. Και τοις μεν αριστευσι γερα νεμεται. Divisionis aequalitatem asperis verbis querebatur Achilles.

Ιση μοιρα μενοντι, και ει μαλα τις πολεμιζοι,
Εν δε ιη τιμη η μεν κακος, η δε και εσθλος
Utique aequa datur pars cessanti, atque acriter pugnanti,
Et in eodem honore habetur ignavus, perinde ac strenuus.

Rem ipsam imitatus Xenophon commentus fuit et Cyrum praemia suis polliceri. Προειπε δε νικητηρια και όλαις ταις ταξεσι, και όλοις λοχοις. ... εαν φαινωνται ευπειστοταται τοις αρχουσιν ουσαι, και προθυμοτατα ασκουσαι τα προειρημενα, *universis vero cohortibus, et manipulis victoriae praemia promisit, si praefectis se suis obedientissimos praestarent, atque exercitationes ipsis demonstratas cum alacritate obirent. Cyrop.* lib. II. 1. 11. At aeque certum est aliquando ex ipsa praeda accusari, atque obiurgari a Ducibus. Huc spectat noster respiciens locum. Il. Δ. v. 338. sq. ubi Menestheus, atque Ulysses ab Agamemnone objurgantur, quod primi ad convivium adcedentes, ultimi ineant praelium.

V. 6. Respicit verba Il. B. v. 198, et seq.

Ὁν δ' αυ δημου τ' ανδρα ιδοι, βοοωντα τ' εφευροι
Τον σκηπτρω ελασασκεν, ὁμοκλησασκε τε μυθω
Δαιμονι', ατρεμας ἧσο. ..
συ δ' απτολεμος, και αναλκις
Ουτε ποτ' εν πολεμω εναριθμιος, ουτ' ενι βουλη,
Quemcumque vero plebeium virum videret, vociferantemque offenderet,
Hunc sceptro percutiebat, increpabatque voce:
improbe, quiete sede...
tu imbellis, et invalidus,
neque unquam in bello aestimatus, neque in consilio.

V. 9. Παραδειγμα hoc loco esse videtur exemplum, et documentum improbitatis, non enim in bonam partem tantum accipitur hoc verbum. Τις αν ἑυρειν εχοι παραδειγμα μειζον αδικιας, και συκοφαντιας, και πονηριας; *Quis enim maius invenire queat iniuriae, calumniae, atque improbitatis documentum?* Isocrat: *Par:* Αλλοις συμμαχοις παραδειγμα σαφες καταστησατε θανατω ζημιωσαμενοι: *auxiliaribus aliis exemplum constituite capitis poena damnantes.* Thucyd. 3.

V. 19, et 20. Ad rem Eustathius animadvertit quae sequuntur. Ὁρα και τουτοις ὡς σμικροπρεπη τα των ἡρωων γερα, *observa et in his quam illiberalia, et vilia sint heroum dona.* Aliquo modo huc trahi potest illud Ciceronis *de Rep.* p. s. Ed. Roman. 1822. *Virtus in usu sui tota posita est: usus autem eius est maximus Civitatis gubernatio, et earum ipsorum rerum, quae isti in angulis personant, reopse, non oratione perfectio.* Adde praemia victoribus in solemnibus ludis proposita, et coronas, caeteraque militaria dona.


V. 21. Sunt verba Nestoris ad Diomedem cum ipso fugientem, eademque Sarpedonis ad Glaucum. Il Θ. v. 162. et M. v. 311. De Ἑδρα, sive προεδρια, atque ὑπαναστασει et in theatro, et alibi pleni sunt veterum scriptorum libri. Quod vero propius attingit hoc loco Philodemus quaerendum apud Herodotum, qui de more Aegyptiis, ac Lacedaemoniis communi babet fere eadem verba: και επιουσι εξ ἑδρης ὑπανιστεαται, et apud Homerum Il. B. v. 85. Ὁι δ' επανεστησαν, πειθοντο δε ποιμενι λαων.

Illi vero assurgebant, atque ausculiabant pastori populorum.

tum Il. A. v. 533. sq. quo praecipue hic respicit noster.

Θεοι δ' ἁμα παντες ανεσταν
Εξ ἑδεων σφου πατρος εναντιον, ουδε τις ετλη
Μειναι επερχομενον, αλλ' αντιοι εσταν ἁπαντες.
Dii vero omnes assurrexerunt
Ex sedibus in occursum patris sui; neque quisquam substinuit
Exspectare venientem; sed obvii steterunt omnes.

V. 26. Vox τεμενος hoc loco accipienda sensu homerico, sive naturali, et proprio, scilicet de quavis agri parte, absurdum enim foret de lucis intelligere, qui ut omnes res sacrae extra humanum habebantur commercium. Rationem denique supplementi quaere in ipsis verbis Sarpedonis ad Glaucum, quae occurrunt in Iliad. M. v. 310 sq.



Luigi Corazza dis. Fran. Casanova inc.

COLUMNA IX.

και Σαρπηδων . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . χρη τοι-
γαρουν φιλονικον ειναι
τον αγαθον δυναστην,
αλλ' ου φιλοπολεμον,
μηδε φιλομαχον · αγα-
πηνορα δε, κην τη καρδι-
α σωφρονος, και θυμον εχειν,
ιν' η π'αιδεσιμος, μητε πα-
ρ' αξιαν τι ποιηση, ει τυχη
πλησιος τις πολεμος. . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . . . ὁπως εν α-
ναγκαιοις αταχτοις εν-
αγωσι θορυβους. Οιομαι
δε και τουτοις προσβεβλη-
κεναι τον ποιητην · ου
γαρ αν ποτε ὁ μεν των Θε-
ων ἀυτῳ βασιλευς τον Α-
ρη των Θεων, ὁ δε των Βα-
σιλεων τον Αχιλλεα των
Μοναρχων ειναι αν ελε-

Sarpedon: . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Quum haec igitur ita se habeant, sequitur, ut oporteat bonum Regem victoriae quidem amantem, ac cupidum esse, non item bello, aut pugnae nimium studere. Strenuum contra esse, atque audaci animo se exhibere, ut simul reverentiam sibi conciliet, neque contra dignitatem quid agat, si forte bellum aliquod ingruat . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
ut in necessitatibus inordinatos excitent tumultus. Puto autem poëtam haec quoque respexisse; nunquam enim Deorum Rex Martem inter Deos, hic contra (Agamemnon) Rex Regum Achillem ex regibus sibi infensissimum esse dixisset,

V. 7. Accipe quas Homerus requirat in bono principe virtutes. *Il.* Γ *v. 179.*

Αμφοτερον βασιλευς τε αγαθος, κρατερος τε μαχητης,

utrumque et Rex bonus, et strenuus bellator; quem locum in primis illustrasse dicendus est Xenophon Απομν: *lib. III.* Αρα γε ὅτι αιχμητης τε και κρατερος αν ειη, ουκ ει μονος αυτος ευ αγωνιζοιτο προς τους πολεμιους, αλλα ει και παντι τω στρατοπεδω τουτου αιτιος ειη. Και Βασιλευς αγαθος, ουκ ει μονον του ἑαυτου βιου καλως προεστηκοι, αλλ' ει και ὧν βασιλευοι, τουτοις ευδαιμονιας αιτιος ειη, *strenuus, et fortis erit, si non ipse tantum cum hostibus strenue pugnet, sed si suam ipsius virtutem universo exercitui ingerat. Bonus vero rex, non si solum eius vitae rationem optime agat, sed si caussa felicitatis fiat subditis.* Versum 176. *Il.* A. interpretans Eustathius hunc Philodemi locum ante oculos habuisse fere visus est scribens: Ου ψεγων παντως ὡς πολεμικον, χρη γαρ τοιουτον ειναι, αλλ' ὡς φιλοπολεμον, και φιλεριν, *non omnino illum vituperans, ut bellatorem, talem enim esse Regem opus est, sed ut pugnae, ac contentionis nimis amantem*: Et quidem iure; etenim ειρηνην τε απολαυειν ουχ οιον τε μη φιλοπολεμον οντα, *qui bellum non amat, pacem consequi non potest*, ut ex vulgari effato praeclare scripsit. Theod. *de Regis offic.* edente Cl. Maio *Vol. III. p. 151.*

V. 23. Τουτοις βλεπειν pro τουτους non prorsus infrequens constructio. Similem invenire est apud Lucianum *Dial: meretr.* et apud Gregorium Nazianzen:

V. 25. Omnino respicit verba Jovis ad Martem *Il. E. v. 890.*


Εχθιστος δε μοι εσσι θεων, οἱ Ολυμπον εχουσιν,
Αιει γαρ τοι ερις τε φιλη, πολεμοι τε, μαχαι τε,
Invisissimus utique mihi es Deorum, qui Olympum tenent,
Semper enim tibi contentio grata est, et bella, et pugnae;

quae ad verbum repetit Agamemnon de Achille

Εχθιστος δε μοι εσσι διοτρεφεων Βασιληων.

Verba denique supplementi desumpsimus ex ipso Homero. Loca sic est imitatus Virgilius:

Cui tristia bella,
Iraeque, insidiaeque, et crimina noxia cordi:
Odit et ipse Pater. Aen. VII. v. 325.



Luigi Corazza dis: Fra: Casanova inc.

COLUMNA X.

γιν εχθιστον, ει μη φιληριδες ησαν αμφοτεροι.

. . . .

. . . . . διοτι οριστεον τουθ', ότι δεινον ϊη ιαυτους επαγειν επαχθη πολεμον τοις ὑποτεταγμενοις · αλλα και προς αυτους δυσμενες ειτι τα παμπονηρ' ω εισθαι· και Βλακευειν μεν τις Φημιστιον, ει νομιζει την αρχην ουτως ασφαλεστεραν εξειν · ὡς και των ιδιωτων τινες ευκταιον ὑπονοουσιν οικειαν ειναι στασιν, κακοις ἡδοτες ἑκατεροι. Διοτι και προς απωλειαν των οικων, και την δυναστειων καταστροφην ουτω στυγερον μα Δι' ουδεν επινοει εγγινεσθαι. Και γε και τουτο εδειξεν Ὁμηρος, Αφρητωρ, λεγων, αθεμιστος, ανεστιος εστιν εκεινος, ὁς πολεμου εραται επιδημιου οκρυοεντος. Και τον Νεστορα παρεισαγων σπευδοντα λυειν την στασιν Αχιλλεως προς Αγαμεμνονα και ταις των πρισβεων εντολαις, και τη Πατροκλου παρακλησει, και αριστοις τε, και κυριωταταις βουλαις πανυ σπουδαι σημαναι την ε-

nisi uterque nimium cupidus fuisset certaminum, pugnarum, et contentionis. . . . . Cap. VI.

Quod discordiam Rebuspub. perniciosissimam boni principes avertere studeant.

. . . .

. . . . . Quapropter id statuendum est grave quidem illud esse, quod ipsi atrox immittant inter subditos bellum; quin etiam ipsis invidia paratur, quum inter improbissima ipsi bene se habeant; socorditer autem in primis ille se gerere dicendus est, qui sibi persuadet hac ratione tutiorem auctoritatem habiturum; perinde ut ex privatis etiam hominibus nonnulli optabilem ducunt privatam dissensionem, utrique malis gaudentes. Quocirca animo reputes licet et ad domorum interitum, atque ad regnorum eversionem nihil hercule innasci magis formidabile. Atque id quidem ipsum ostendit vel Homerus canens: sine tribu, sine lege, sine lare ille est, si quis bellum amat intestinum, horrendum. Et Nestorem inducens studentem imponere finem dissidio Achillis atque Agamemnonis, tum in mandatis Legatorum, et in Patrocli exhortatione, tum in optimis, atque opportunissimis consiliis magnopere contendit significare

V. 17. Nostri verba confer cum effato Hecubae ad Agamemnonem. Eurip. *Hec. v. 1236.* Αυτον τε χαιρειν τοις κακοις σε φησομεν τοιουτον οντα, *sed ipsum te malis gaudentem dicemus, quod talis existas.*

V. 18. *Inducunt in Civitatem rem perniciosissimam seditionem, et discordiam.* Cic. *de offic.* lib. I. c. 25. *Cupiditates sunt insatiabiles, quae non modo singulos homines, sed universas familias evertunt: totam etiam labefactant Remp. Ex cupiditatibus odia, discordia, seditiones, bella nascuntur.* Ibid. Contra adde quod habet idem Cic. in de Republ. *Senatum et populum ut unum habeamus, et fieri potest, et permolestum est, nisi fit... et videmus, si id effectum sit, et melius nos esse victuros, et beatius.* c. 20. Hinc sapientissimum Tiberii consilium Cheruscos, *quando romanae ultioni consultum esset, internis discordiis relinqui.* Tac. II. 26.

V. 24. Hos versus, qui sunt 63. sq. *Il. I.* laudat Aristophanes in *Pac.* et Aristoteles *Pol. I. c. 2.* Latine eosdem expressit Cic. *Philip.* 13. *Nam nec privatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura videtur cara habere, quem caedes civium, quem bellum civile delectat.* Eodem spectavit Horatius Serm. lib. II. 5. scribens:

Qui quamvis periurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, fugitivus.

V. 31. Τοισι δε πολλ' επετελλε Γερηνιος Ἱπποτα Νεστωρ


Ipsis vero (legatis) *multa mandata dabat Gerenius eques Nestor. Il. I. v. 179.* Rem ipsam attingens Horatius concinit *Epist. lib. 1. 2.*

Nestor componere lites
Inter Pelidem festinat, et inter Atridem.

V. 36. Auctor vitae Homeri *lib. II. 142.* idem animadvertit. Πατροκλος επιπλησσων τω Αχιλλει λεγει·

Αιναρετη, τις σευ αλλος ονησεται οψιγονος περ,
Αικε μη Αργειοισιν αεικεα λοιγον αμυνης;

Patroclus objurgans Achillem dicit: in malum fortis, quem fructum ex te capient minores, si ab Argivis duram perniciem non propulses?



Luigi Corazza dis *Fran.co Casanova inc.*

COLUMNA XI.

κινου στασιν παντι τῳ των Ἑλληνων στρατῳ μαλιστα ολεθριον γινεσθαι. Τουτο μεν τοινυν και εξ αλλων δηλον εστι, μαλιστα δε απο τουτου. Ἡ ερις δη γαρ οψε, ει μη και ταχιως εμβαλει ανιατους δυσμενειας · ως δ᾽ αυτο βλαψος Ὁμηρος συνεχθαιρει τους πολεμου, και τους εριδος φιλους, και φησιν · ολιγην μεν τα πρωτα κορυσσεσθ᾽ αυτην, αυταρ επειτα ουρανῳ στηριζειν καρα, και επι χθονι βαινειν · και επαραται την εκ τε θεων, εκ τ᾽ ανθρωπων απολεσθαι. Και το ζηλοτυπον δη απειναι δει, και βασκαινομενον, ει τινι μεν φθονον εχουσιν, αλλον δε διωχθαι κακως νομιζουσιν. Και γαρ αν ποτ᾽ ευφρων λυει, και μεγαλας αιρει διαφορας · ὡστ᾽ εικοτως αει φρονιμωτατα γε νοηματα ηνυεν Οδυσσευς τε, και Νεστωρ, τοσουτῳ δε κεκρατηκεν αλλων πλειονων οντων. Ὡστε ουτε ποτ᾽ εν πολεμῳ διχ᾽ εβαζετον, ουτ᾽ ενι βουλη · αλλ᾽ ενα θυμον εχοντε νοῳ φραζομεθ᾽ Αργειοισιν ὁπως οχ᾽ αριστα γενηται. Διοτι μηνιν Αχιλλεως εκπρο-

illius dissidium universo Graecorum exercitui quam maximam perniciem allaturum. Quod omnino et aliunde patet, in primis vero ex iis, quae sequuntur. Discordia enim serius, si minus ocius insanabiles excitat inimicitias; propter quam labem Homerus odio prosequitur quique bellum, quique discordiam sectantur, et ait: Parvam quidem primo ipsam attolli, deinde vero caelo caput abscondere, terramque ingredi: tum eamdem execratur, ut ab Diis, et ab hominibus pereat. Praeterea aemulationem abesse opus est, et ipsam invisam, quoniam alteri quidem invident, alterum autem prave insectandum existimant. Aliquando vero bonus et prudens solvit, atque e medio tollit gravia dissidia, ut iure semper prudentissima quaeque Ulysses perfecerit consilia, Nestor autem tantum valuerit inter alios, qui erant plures. Quocirca (ait) nunquam in bello alia sentiebamus, neque in consilio; sed eumdem habentes animum consultabamus, quo pacto eximie optima Graecis evenirent. Idcirco ut iram Achillis e medio tolleret

ADNOTATIONES.

V. 1. sq. Ex praemissis nihil aliud visum est posse rite sequi, quam quod ipsi reposuimus, vel quid simile; videtur enim Nestor numquam tantas curas impensurus fuisse, ut Achillem atque Agamemnonem inter se conciliaret, nisi discordiam exitialem graecis futuram prospexisset.

V. 8. Verbum εμβαλλει Homerus ipse suppeditavit, qui Il. B. v. 377. exhibet Agamemnona haec querentem:

'Ος με μετ' απρηκτους εριδας, και νεικεα βαλλει,
Qui (Achilles) *me inter vanas lites et contentiones coniicit.*

Si vero quis malit ipsum το απρακτους homericum, nos ultro repudiabimus nostrum ανιατους.

V. 10. Βλεψος a lexicis omnibus exulat, non tamen ab αναλογια; ita enim descendit a Βλεπτω, ut ἀψος ab ἁπτω. Si vero cui morosiori omnino verbum displiceat, ei proponimus locum corrigendum in βλεψας, ut sententia sit *ad quod respiciens Homerus.* Quod vero verbum βλεπω patiatur constructionem acc: cum εις evincit praeter alia versus Orphicus apud S. Iustin: et al. εις δε λογον θειον βλεψας *divinam rationem respiciens.* Gesner: fragm: Orph: 1. v. 5.

V. 13. Locus occurrit Il. Δ. v. 442. quem poteris conferre cum famae descriptione, quam Virgilius omnino inde desumsit. Aen. IV. v. 176. sq.

V. 17. Il. Σ. v. 107. ipse Achilles imprecatur

ὡς ερις εκ τε θεων, εκ τ' ανθρωπων απολοιτο,
Ut discordia et ab Diis, et ab hominibus pereat.


V. 22. Vim αιτιολογικην particulae ει pro επει, vel γαρ iam observavit Hoogeven. Doctr. part. graec. p. 225.

V. 23. Non omnino infrequens etiam in infinito usus praeteriti pro praesenti; nec id intelligendum de iis tantum verbis, quae incipientem actionem in praesenti indicant, perfectam vero in praeterito, ut οιδα, κεκτημαι, μεμνημαι, quae revera significant, iam *vidi*, *potitus sum*, *in memoriam revocavi*, sed et de aliis quoque. Sit exemplo locus B. Paulli in epistola 1. cap. IV. v. 17. ad Timotheum. Τοις πλουσιοις εν τῳ νυν αιωνι παραγγελλε μη ὑψηλοφρονειν, μηδ' ηλπικεναι επι πλουτου αδηλοτητι, *mone divites, ne in hoc saeculo superbiant, neve spem in rebus fluxis collocent.* Eadem ferme ratione Lucian: Dial. Deor. tom. 1. p. 279. Iov: et Sol: Αναβιβασαμενος επι το ἁρμα ὑπεθεμην, ὁπως μεν χρη βεβηκεναι αυτον, *currui impositum monui, quomodo oporteret insistere.*

V. 32. Odyss. Γ. v. 126. Pro πολεμῳ, quod praesefert papyrus, editi libri omnes habent αγορη. Nolim bellicae prudentiae laudem omnino eripi Ulyssi; quare lectionem nostri Philodemi praeferrem, quae occurrit etiam Il. B. v. 202.

Ουτε ποτ' εν πολεμῳ εναριθμιος, ουτ' ενι βουλῃ,
Nullius numeri in bello, neque in consilio.

Vox autem εβαζετον, quae in απογραφῳ luculenter, et integra legitur in mendo cubare videtur; rem evincit sequens φραζομεθα, cuius vestigia....ζομ....nihil aliud admittere queunt. Lege igitur εβαζομεν, quod praesefert textus Homericus.



Luigi Corazza dis *Fran. Casanova inc*

COLUMNA XII.

ν νος Αγαμεμνων ουδεν ελιπεν, και γε μεγιστ' Αχιλλει υπεσχετο δωρα. Προσεχε δε νυν προς τα εκ Θεων υπαρξαντα τοις δικαιουσιν δωρα. Κατ' αυτο γ' οιμαι, ότι Οδυσσει εληλυθοτι τυχον εις την Φαιακικην χωραν ευδικουσαν κατεδειξεν Θεα τα ενειναι δοκουντα καλα, το αστυ, και την κοσμησιν εν ίεροις, και εντειχιους κατασκοπας. Του δ' ενεκα φησιν, ότι θαυμαστοι παρα Φαιαξιν όι λιμενες, και τα τειχη, και ναοι θεων, και αγοραι κατ' αστυ. Και δη παρεσταν παρ' επ' αυτους τα δενδρα καρπους παντοιους, και παρακαιριους. . . . .

. . . .

. . . . . . Και τοι μετ' επιεικειας, και μετ' ευδικιας βασιλευοντι φερειν οιεται την γην πυρους, και κριθας, βριθειν δε δενδρεα καρπων.

Cap. VII. De bonis ex iustitia manantibus.

Agamemnon nihil omittit ; imo maxima quaeque Achilli dona pollicetur. Animadverte nunc bona, quae in iustos, et pios ab Diis proficiscantur, et dimanant. Atque ideirco quidem, puto, Ulyssi forte in Phaeacum regionem advenienti, quae institiam colebat, monstravit Dea omnia quaecumque splendida, et pulcra inesse videbantur, puta Urbem, et ornamenta in templis, et muris circumdatas speculas. Ideo (poëta) dixit apud Phaeacas mirabiles esse portus, et muros, et templa Deorum, et fora Urbis. Praeterea frequentes apud eosdem exstabant arbores universi generis fructus, et intempestive (ferentes) . . . .

. . . .

. . . . Et quidem in aequitate, atque iustitia regnanti (Alcinoo) ferre putat terram frumentum, et hordeum, arbores vero fructibus praegravari.

ADNOTATIONES.

V. 4. Communis erat apud veteres opinio, honorem, decus, vitam ipsam, atque omnia vitae bona θεων αγλαα δωρα esse, atque in populos ob iustitiam, bonitatemque regum fluere. Cic. *de Rep.* c. 41. De regis autem virtutibus audi Dionem Chrysostomum *de Regno* II. Αυτος γαρ (Ὁμηρος) σαφως ὑποτιθησι δυο τας βασιλικωτατας αρετας, την δε ανδριαν, και δικαιοσυνην, *manifesto duas supponit maxime regias virtutes fortitudinem, et iustitiam.* Hinc factum puto, ut quum de fortitudine verba fecerit noster praecipue in col. IX. ad iustitiam accesserit, et bona inde proficiscentia declaraverit, ut perfectum, et numeris omnibus absolutum principem ostendat; quod ipsum innuit Aeschylus:

Ὁπου γαρ ισχυς συζυγουσι, και δικη,
Ποια ξυνωρις της δε καρτερωτερα;
Ubi enim vis, et iustitia coniunguntur, quaenam coniunctio erit
unquam fortior? Easdem virtutes in Aenea celebrat Virgilius *Aen.* XI. v. 126.
Iustitiae ne prius mirer, belline laborum. V. insuper Aristot. Pol. lib. X.

V. 10. Minervae verba ad Ulyssem respexisse putarim nostrum *Odyss.* H. v. 28.

Τοι γαρ εγω τοι, ξεινε πατερ, δομον ὃν με κελευεις
Δειξω,
Profecto tibi, hospes pater, domum quam quaeris
Monstrabo.

V. 12. Locus trahendus ad v. 43. sq. *Odyss.* H, ubi describuntur quae Ulysses Minerva duce in Alcinoi Urbe miratur. Ecce tibi ipsa Homeri verba, quae cum nostro supplemento conferre licet.

Θαυμαζεν δ' Οδυσευς λιμενας, και νῆας εΐσας
Αυτων τ' ἡρωων αγορας, και τειχεα μακρα,
Ὑψηλα σκολοπεσσιν αρηροτα.
Mirabatur Ulysses portus, et naves aequales,
Ipsorumque heroum concilia, et moenia longa,
Sublimia vallis circumdata.


V. 17. Τυχῃ pro τυχη, ut supra Col. VII. σιγηρως pro σιγηρως. Adde, si libet πανηγυρικον pro πανηγύρικον in col. LIV. operis inediti eiusdem Philodemi de Rhetorica, in quod illustrandum curam nostram in praesenti impendimus.

V. 19. Confer, si libet, cum descriptione hortorum Alcinoi. *Odyss.* H. v. 112. sq.

V. 29. sqq. Ut alia omittamus, hic omnino locum habere videtur fragmentum huiusce papyri, quod ex ipso Homero Οδ. τ. v. 111. sic restitutum praestamus.

ευδικιας ανεχησι
Και δια τουτ' αυτῳ οισει δαψιλεως ἡ γη πυρους, και κριθας,
βριθησι δε δενδρεα καρπῳ
Τικτῃ δ' εμπεδα μηλα, θαλασσα δε παρεχῃ ιχθυς · εξ ευηγεσιης αρετωσι δε λαοι ὑπ' αυτου. και παλιν

Iustitiam extollit. Idcirco terra ei tritica, et hordea abunde ipsi feret; gravabit vero arbores fructu, et pariet firma pecora mare vero suppedit, abit pisces; atque ob rectam administrationem populi sub ipso felicem, et virtuosam degent vitam. Et iterum........



ΠΟΛΕΜ Ν
ΙΝΕΥ ΘΥΠΑΡΑ ΕΙΜΕ
ΑΣΗΣΑΣΚΗ ΤΗ Δ
ΣΤΑΣΘΑΙ ΤΟΙΣΓΑΡΕΣΤΟΝ
ΝΟΙΣΟΙ ΕΙΩΘΑΣΙΝ ΥΡΑ
ΕΙΝ ΩΣΤΕΟΝΤ. ΠΟΛΥΝ
ΧΡΟΝΟΝΑΠΟΛΑ ΕΙ
ΗΣΥ ΕΙΑΣΟΥΣΔΕΠΥΘΕΙ ΤΑΣ
ΦΥΛΑΚΤΟΥΣΑΝΑΓΚΑ
ΣΙΠΟΛΕΜΕΙΣΘΑΙΠ ΛΛΟΥΣΤΕ
ΚΑΙΘΕΛΟΝΤΕΣΑΝ ΠΛΕ
ΗΝΠΡΟΕΙΡΗ ΕΝΑ
ΕΛΚΟΥΣΙΝ ΟΗΡΩΣ
ΑΝΤΑΙΣΑΝΣΣΕΣΙΑΣΚΕ
ΤΑ ΩΜΑΤΑΚΑΙ ΣΙΣΧ
ΚΑΙΠΡΟΣΤΟΚΙΝ ΝΕΥ
ΚΑΙΠΑΣΕΝΕΓΧΕΙΡ ΔΕ
ΑΕΙΚΑΙ ΟΣ
ΘΕΚΑΣΤΩΝ
ΠΟΛΕΜΟΝΑΝΗΚ
ΚΑΙΣΥΝΕΔΡ Υ
Ο ΟΥΜΕΝΟ ΗΤ
ΩΝΟΥΔΕΝΤΟΙ
ΑΖΟΝΤΕΣ ΑΓ
ΕΣΤΩΤΩΝ ΣΚΑ
ΡΗΝΙΚΩΤΟΙΣ
ΔΕΠΑΝ ΥΔ
ΕΦΟΔ ΝΠΡΟΣΑΣ
ΕΩΘΕΝΘΑΛΚ ΝΟ
ΕΙΣΙΝ ΕΙ ΒΟΥΛΗ
ΛΕΟΝΦΑΙ ΚΕΣΑΓΑ ΟΙΚΑΙ
ΧΘΕΙΣΗΣΕΚΚΛΗΣΙΑΣΥΠΟΤΟ
Τ ΗΛΕΜΑΧΟΥΤΩΝ ΑΚΗΣΙ
Ω ΠΡΩΤΟΝΠΥΝΟΝΤΑΙΜΗ

COL. XIII

Luigi Corazza dis. *Fran Casanova inc.*

COLUMNA XIII.

. . . . εις πολεμον ελθειν ευθυ παρακειμενης πασης ασκης · αυτης δ' ιστασθαι τοις γ' αριστον μονοις, οι τ' ειωθασιν πυραπτειν, ωστε οντι πολυν χρονον απολαυειν της ησυχιας· τους δε πυθεντας φυλακτους αναγκαζουσι πολεμεισθαι · πολλους τε και θελοντες αν οπλεισθαι δια την προειρημενην αιτιαν ελκουσιν νοηρως, ως καν ταις ανεσεσι ασκεισθαι τα σωματα και προς ισχυν, και προς το κινδυνευειν. Και πας εν εγχειριᾳ δεινος εστι αει, και προσασκουμενος καθ' ἑκαστων των εις πολεμον ανηκοντων. Παλιν και συνεδριου ιδιον τι σκοπουμενου, η τι των κοινων, ουδεν τοι νηπιον φραζοντες . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . ιωθεν ὁ Αλκινοος εξιεισιν γ' εις βουλην, ινα μιν καλεον Φαιηκες αγαυοι. Και συναχθεισης εκκλησιας ὑπο του Τηλεμαχου των Ιθακησιων πρωτον πυιονται, μη . . . .

CAP. VIII. *De varia corporis exercitatione ad bellum necessaria.*

pugnam inire vix dum confecta quacumque exercitatione: ab eadem vero desistere illos tantummodo juvat, qui consueverunt ignes accendere, ut idcirco diutius tranquillitate, atque otio fruantur. Eos autem qui cauti, et providi audiunt, cogunt pugnare: tum et plerosque volentes instruere, ob eam quam supra memoravit caussam, callide cogunt vel in remissionibus exercere corpora, quum ut fiant robusti, tum ut suscipiant pericula. Unusquisque autem in incoepto est peritus, atque exercitatus ad omnia, quae ad bellicam rem attinent; rursus vero si in concilio privatim quid, vel publice perpendatur, nihil sane stultum dicentes . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

CAP. IX. *De vi prudentiae, et consilii ad res bene administrandas.*

. . . . primo mane Alcinous exit ingressurus concionem, quo eum advocaverant generosi Phaeaces: coacto autem Ithacensium concilio a Telemacho, primum quidem. . .

V. 3. Ασκη i. q. *ασκησις* Plat. comic. apud Poll. III. 154. Piers. ad Moerid. Attic. et ad Thom. M. 121. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 477.


V. 8. Ἡσυχια pro ἡσυχια non raro σφαλματι, ut saepius observatum est.

V. 10. Πολεμεισθαι in signif. activa occurrit apud Thucydidem. Simili vero ratione scripsit Auctor V. Homeri lib. II. 166. Ἱνα πειραν της αυτων ὁρμης λαβη, και μη επαχθης ῃ, πολεμειν αναγκαζων ὑπερ ἑαυτου, *ut de eorum voluntate periculum faceret, num moleste laturi essent, si quando in aciem educerentur.*

V. 14. Conferre licet cum nostro locum Xenophontis in Cyrop. II. 1. 7. Εν τουτῳ επειρατο ὁ Κυρος ασκειν μεν τα σωματα των μεθ' ἑαυτου προς ισχυν, διδασκειν τε τα τακτικα, θηγειν τε τας ψυχας εις τα πολεμικα: *interea corpora suorum ad robur exercere nitebatur, ordinumque rationem docere, atque ad res bellicas animum exercere.* Tum Isocrates scribebat ad Demonicum: Τα μεν σωματα τοις συμμετροις πονοις, ἡ δε ψυχη τοις σπουδαιοις λογοις αυξεσθαι πεφυκε, *sic natura sumus comparati homines, ut corpora modicis laboribus, animos diligenter augeamus scientia.* Atque haec duo praecipue sibi proposuisse Homerum iam observavit Auctor ejus V. II. 4. Εξ ὧν δηλος εστι παριστας δια μεν της Ιλιαδος ανδρειαν σωματος, δια δε της Οδυσσειας ψυχης γενναιοτητα, *unde constat Homerum in Iliade quidem corporis robur expressisse, in Odyssea vero animi generositatem.*

V. 30. Odyss. Z. v. 55.

V. 54. Πυνονται luculenter legitur in papyro; sed quid sibi velit penitus ignoro. Num legendum πυθονται pro πυνθανονται *consultant* vel *interrogantur*? Ad vim enim consilii iam gradus factus est, ut facile eruitur ex columna proxima. Atque hic pro re nata non piget confiteri quamplurimum fastidii nobis creavisse interpretationem huius σελιδος, nec huic nostro supplemento nosmet omnino adquiescere. Doctioribus igitur, et felicioribus relinquimus hanc provinciam, si qui vacui velint illam suscipere.



Luigi Corazza dis *Fran: Casanova inc*

COLUMNA XIV.

. . . . την δυνασσειαν, μητε μην εκ της προφορας τον Αγαμεμνονα Φησι νομιζειν καταδειν ανδριας · αλλ' εν ἑκατερα των περιστασιων ἑν σοφον βουλευμα πολλας χειρας νικαν, και το πολυ τουτω καθορθουσθαι τα πραγματα, και χωρις ὁπλων, και μετα συμμετρου δυναμεως τον ποιητην ου λεληθεν. Αλλ' αυτος τε τον Νεστορα προηγορευσεν, ὁ Φρονων πραθετο μαλιστ' αυτω πειραν ειληΦως των ειδων αμΦοτερων. Ει δεκα τω Φρονουντι παραπλησιους ειναι, η παρησθαι δεκα παντας τυχοι, Τροιαν ὑπ' αυτου πεπορηκεναι Φησιν · ουκ αραι δε Πριαμου πολιν, ὁ ὑιος γαρ Πηλεως εστιν αιτιος · συμΦωνει δ' ὁ Διομηδης, ὁ, Και Οδυσσηος εσπομενου, Φησι, και εκ πυρος αιθομενοιο αμΦω νοστησειν · αλλ' Οδυσσεως, επει ὁ περ οιδε νοησαι · και τον γε Φιλει Αθηνα · Ναυς δε λεγεται Φερειν θεοις εναλιγκια μηδε εχοντα, και ὑπο της Αθηνας μη προλειπεσθαι

imperium; neque exprobrans ait putare Agamemnonem deesse sibi robur. Sed quocumque modo, et in utraque circumstantia unum sapiens consilium plures manus vincere, eodemque res plaerumque bene administrari vel sine armis, et pari vi non latuit poëtam. Imo ipse praedicat Nestorem, quem prudentem in primis proposuit utramque formam expertum. Si decem prudenti illi similes adesse sibi, atque assidere contingeret, dicit dudum accidisse, ut in suam potestatem Troiam adduxisset; at quod illa non potitus sit, in culpa est Pelides: consentit vero et Diomedes dicens: Ulysse comitante ambos vel ex ardenti igne evasuros. Sed (comitante) Ulysse, quia ipse valde novit consulere, et providere, eumdemque diligit Minerva. Ipsa vero navis dicitur ducere virum paria Diis habentem consilia, et numquam a Minerva derelinqui. . . . .

V. 4. Manifeste spectat ad votum Agamemnonis de decem Nestori potius, quam Aiaci similibus. De hac re v. infra v. 17.

V. 7. Papyrus exhibet fere integram vocem χρειας; sed quamvis defendi posset haec lectio, unde ista emergeret sententia, *unum sapiens consilium vincere, et superare plures necessitates*, vel potius *plures sententias usui vitae inservientes*, χειρας tamen praetulimus, quae lectio unice convenit cum sententia; et eamdem quidem tuentur Sextus Empiricus adv. Mathem. Scholiastes Venetus, et Eustathius hunc Euripidis versum referentes. Eustathium vero quasi Philodemi locum nosse dixeris, tanta in utrisque adparet similitudo.

V. 10. Συμμετρον interpretati sumus *parem*, proprie enim est *eiusdem mensurae*. Namque id prorsus contendit Philodemus, ut vim consilii parem, puta eiusdem momenti, atque arma declaret ex verbis Homeri Il. B. v. 372, et K 246. vel si vis etiam praestantiorem. Id ipsum docuit et Aelianus V. H. VII. 14. his verbis: Ουδεν διοισει, ει τις δια γνωμης ωνησε τινας, ειτε δια ὁπλων, *nihil interest consilio ne quis quem iuvet, an armis.* Huc refer verba Tiberii ad Germanicum apud Tacit. lib. 2. 26. quibus significat se novies a Divo Augusto in Germaniam missum plura consilio, quam vi perfecisse. Adde Horatianum illud: Od. III. 3.

Vis consili expers mole ruit sua,
Vim temperatam Dii quoque provehunt in melius


V. 16. Puta consilium, et vim.

V. 17. Il. B. v. 372, et K. v. 246. Cum Homero quidem concinit Dio Chrysostomus scribens de Regno II. sub init. Ὥστε και τον Αγαμεμνονα ευχεσθαι δεκα γεροντας ἀυτῳ τοιουτους ειναι μαλλον συμβουλους, η νεανισκους, διος ὁ τε Αιας, και Αχιλλευς, ὡς θαττον αν ἁλουσης της Τροιας: quae reddi possunt totidem ferme verbis Ciceronis de Senect. *Nullis corporis viribus: et tamen ille dux Graeciae nunquam optat, ut Ajacis similes decem habeat, at ut Nestoris. Quod si acciderit, non dubitat, quin brevi Troja sit peritura.* Nec ad rem praetereundum nobile Cornelii Nepotis effatum de Epaminonda: *Ex quo intelligi potest unum hominem pluris, quam Civitatem fuisse.* V. Epam. sub fin.

V. 24. sq. Il. K. v. 245 ad 247.

V. 29. Odyss. N. v. 89.

V. 52. Passim et in Iliade, et in Odyssea praesentissima Minervae tutela praelucet; qua aliquando quidem Achillem, semper autem, et ubicumque Ulyssem Dea tuetur, et complectitur. Ipsum hoc patrocinium non fugit auctorem V. Hom. qui lib. II. 117. haec habet: Την Αθηναν ποτε μεν τῳ Αχιλλει, αει δε τῳ Οδυσσει...... παραστατειν οιεται *Minervam aliquando quidem Achilli, semper vero Ulyssi adesse putat.*



Luigi Corazza dis. — Fran.co Casanova inc.

COLUMNA XV.

οἱ κατα ταξιν εἰσηγαγον αν βουλευομενοι τον λαον ὁλον αριστ' εις το συνεδριον· οἱ και ἁμα κατειχον ουκ επικατατεταγμενους, εις το συνεδριον απαγοντες, ὡς αν εωρακοτες αυτων την Φρονησιν εν τε τοις αλλοις, και τη περι

Duces forte consulturi populum universum per ordines in concionem introducebant, iidemque rursus non ordinatos coërcebant in synedrium ducentes, ut ipsorum prudentiam inspicientes et in ceteris rebus, et in de . . . .

ADNOTATIONES.

V. 1. Spectare videtur hoc loco verba Homeri: εστιχοωντο ιλαδον εις αγορην. *Procedebant ordine turmatim in concionem.* Il. B. v. 92. 93 et

Σπουδη δ' εζετο λαος, ερητυθεν δε καθεδρας,
Studiose sedebat populus, et sedes occupabat. Ibid. 99.

Et quidem dubito, an huc etiam respiciat consilium Agamemnoni a Nestore datum

Κριν' ανδρας κατα φυλα, κατα φρητρας, Αγαμεμνον
Tribue viros in tribus, in curias, Agamemnon,

quamvis aliunde dubitari non possit, quin ad Graeci exercitus ordines in praeliis ineundis id sit referendum, quo facile ignavi a strenuis dignoscantur.

ΝΑ
ΑΓ
ΤΗ
ΟϹ ΤΟ ΠΕΡΙ
ΔΥΝ Ω
ΕΩ ϹΑΙ ϹΤΡΕ
ΤΑ ΟΝΑΜ ΠΑΡΑ
Ρ ΤΩΝΕΠΙ ϹΙΟΤΗ
ΠΡΟϹΥ ΙΚΡΟΝΕ
Ε ΝΕΙϹΑΤΩ ΗΝ
ΟΥϹ ΠΙ ΝΚΑΤΑ
Τ ΚΑΜ Ο
ΟΝΕΚΤΟΡΑΜΕΝΟΜ
ΑΝΤ ΠΕΠΛΑϹΜΕ
ΗΝϹ ϹΕ ΑΙ
ΤΗ ΙΔΙΩΠΕ ΟΙΗ ΩϹΤΟΝ
Τ ΤΑϹ ΙΑΥ ΠΟΤΗ ΝΕΔ
ΕΚΤΡ ΤΑ ΕΝΟΧ Ω
ΝΑΜΕ ΙΝ Ϲ
ΤΩΤ ΠΑΛΙΙ ΠΕΡΙΤΟΥ
ΤΩΝ Γ ΤΙΚΑ ΕΡΟΝ
ΠΟΙ Τ ΕΝ ΦΙΛΟ
ΜΕ ΠΑ
ΝΕϹ ΤΑ
ΤΩΝΑ ϹΙΝ ϹΚΑ
ΗΕ ϹϹΑ ΟΝ ΕΙΙ
ΠΕ Ν ΥΠΟ
ΡΟΥ ΤΙΚ ΡΟϹΝ Η
ΑΥΤΟ ΙΤ ΤΩΝϹ Ι
ΓΑΡ ΙΠΡΙ ΠΟΛΙΝΔΙϹ
ΠΕΡϹΑΜΕ ΒΟΥΛΗΚΑΙ
ΔΩϹΩΙΔΕΙ ΑΓΥΝΑΙΚΑϹΑ
ΜΥΜΟΝΑϹ ΕΙΔΥΙΑϹΛΕϹΒΙ
ΔΑϹΑϹΟΤΕΛΕϹΒΟΝΕΥΚΤΙΜΕ
ΝΗΝΕΛΕΝΑΥΤΟϹ ΟΤΑΝΔΕ
ΔΗΚΑΙΚΟΙΝΩΝΤΩΝΚΑΤΟΡΘΩ

COL. XVI

Luigi Corazza dis. *Fran.co Casanova inc.*

COLUMNA XVI.

. . . .

. . . . . Πριαμου πολιν διεπερσαμεν, εστιν βουλη, και δωσω δ' επτα γυναικας αμυμονας εργα ειδυιας λεσβιδας, ἃς ὅτε Λεσβον ευκτιμενην ελεν αυτος....Ὁταν δε δη και κοινων των κατορθω-


postquam enim Priami Urbem everterimus, est mihi mens, et dabo septem mulieres forma praestantes, atque opera doctas, Lesbias, quas, quum Lesbo bene habitata ipse potitus est.......Quum vero communium rerum prospere, et feliciter gestarum

V. 1. Verba sunt desumpta ex Odyss: Γ. v. 150. Δ. 532. N. 316.
V. 5. Il. I. v. 128. Conferatur Virgilius Aen: 1. v. 75.

Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae, etc.

et Aen: IX. v. 272.

Praeterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captivosque dabit.


ΗΑ
ΑΡ

ΠΕΤΑ
ΦΑϹΚ
ΓΑΘΙΑϹ
ΤΑΔΙΔ ΤΟΙ
ΥΜ ϹΟΑΛ ΗΜΟΙ
Τ ΡΟΥΝ / Η
ΤΟΙϹΜ ΟΙϹ
ΑϹΟ Ο ΜΗΤΙϹ
ΚΕΙϹΦ ΔΙΑ
ΟΤ ΕΙ ΜΕ
ΤΟ ΤΙ ΡΕΙϹ
ΜΕΡ ΝΟ Ε
ΤΟϹ ΚΥ
ΝΟΙ ΟΝ ΚΑΙΔ ΕΚΑΘΙΚ
ΜΕ ϹΕΥ ΤΙϹΤΩΔΙ
Δ ΕΝΟΛ ΝΠΤΟΛΙΕΘΡ
Ε ΤΟΝΚΕΙ ΕΙ
ΔΗϹ ΑΓΑΓΩΙΗΑΛΛΟϹΑ
ΧΑ Ν ΑΜΜΗΠΑΡΩΔΗ
ΛΑ ·ΗΦΛΥΑΡΟΥΝΤΟϹ ΕΤΟ
ΔΑΝΔΡΑϹΙΝΤΟΙϹΠΡΟΤΕΡΟΝ
ΟΥΘΕΛΩΝΕΡΙΖΕΙΝΟΥΘΗΡΑ
ΚΛΗΟΥΤΕΥΡΥΤΩ ΟΔΕΚΤΩΡ

COL. XVII

Luigi Corazza dis. Fran.co Casanova inc.

COLUMNA XVII.

ματων μεμνηται . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . . . Και δ' ειτε καθικο-
μενος · ευτε πρωτιστω δι-
δομεν ὀλ', ὀτ' αν πτολιεθρον
ελωμεν · και · τον κεν εγω
δησας αγαγω, η αλλος Α-
χαιων. Εαμμη παρωδη
λαθη Φλυαρουντος η ετι · ου-
δ' ανδρασιν τοις προτερον
ου θελων εριζειν, ουθ' Ἡρα-
κλη, ουτ' Ευρυτω. Ὁ δ' Ἑκτωρ

mentio fit . . . .
. . . . Conviciis autem impetens dixit: Ipsi primo omnia dabimus, simul atque Urbe potiemur; tum: si quem vinctum adducam ego, vel alius quis ex Achivis. Ne garrientis parodia lateat, dixit praeterea: cum antiquis viris decertare nolo neque Herculi, neque Euryto. Hector contra

ADNOTATIONES.

V. 1. Quamquis verterimus κατορθωματα res prospere gestas, perspicuum tamen esse videtur hic vocem accipi philosophico more, et significare *officia*, quae dicuntur *perfecta*.

V. 13. Eadem ferme sententia Agamemnon ad Ulyssem ait: Il. Ξ. v 104.

Μαλα πως με καθικεο θυμον ενιπη αργαλεη,
Valde meam animum attigisti increpatione gravi.

Adde Philostratum aptissime scribentem:

Καθικομενος άυτου λοιδοριαις
Suis calumniis impetens.

V. 14. sq. Il. β. v. 228. Eosdem hosce versus laudans Plutarchus de audiend. poët. opponit Thersitae iactantiam Achillis fortissimi herois modestiae, perinde ut hic a Philodemo opponitur illius garrulitas pietati, et modestiae Ulyssis.

V. 15. sq. Iliad. β. v. 251.

V. 18. Εαμμη habet papyrus pro εαν μη, quod nempe frequens in herculanensibus voluminibus evincit et apud Graecos evenisse, quod apud Latinos, qui *adfero*, *adtuli* etc. in *affero*, *attuli* vulgo mutaverunt. V. infra Col. XIX. εγκοιησι pro εν κοινησι: in altero volumine ανεκδοτω de Rhetorica Col. XXX. perinde legitur εμμεθοδω pro εν μεθοδω.


V. 19. sq. Apposite Eustathius: Ταυτα ειποντα τον Θερσιτην ὁ μεν βασιλευς αφιησι ληρειν, *Thersitem haec effutientem Rex ineptire sinit.* Ad v. 228. *Il.* β. Heroum suorum pietatem sapienter quidem Homerus in utroque poëmate in primis extollit.

Ανδρασι δε προτεροισιν εριζεμεν ουκ εθελησω
Ουθ' Ἡρακλῃ, ουτ' Ευρυτῳ Οιχαλιηι,
Cum viris autem priscis contendere nolim,
Neque cum Hercule, neque cum Euryto Oechaliensi.

Odys. Θ. v. 223. et 224. Adde Il. E. v. 130. et 606. Z. v. 129. et cet. Idcirco Miseni mortem iure pietatis defectui, sive mavis arrogantiae tribuit Virgilius:

Dum cantu vocat in certamina Divos

Aen. VI. v. 172. Atque hic obiter nota papyrum exhibere Ἡρακλη subscripto ι carentem, pro Ἡρακλῃ, ut probatissimae quaeque editiones exhibent. Si denique obstet illud participium θελων licet legere θελω δη *profecto nolo*



Luigi Corazza dis — Tom.^o Casanova inc

COLUMNA XVIII.

μεγα, σθενει βλεμεαινων
μαινεται εκπαγλως πισυ-
νος Δια, ουδε τι τιει αν-
ρας, ουδε θεους . . . . .
. . . .
. . . .
. . . . καλως αυτο νη
Δια Φευγων, ουκ εις το τυ-
χειν, αλλα περι το π' ε-
σπως, ὁ παραπρεπει ασπου-
δον · και μαλλον εν ταις ευ-
τυχιαις ὡς ανθρωπος ων ε-
διδασκεν αλλους ὁπα θε-
οις εφρονει, και τοις θεοις
ουκ ηριζεν αυτοις. Και που
αυτος των κρειττονων τις
ειναι τε, και γενος ελκειν
εχαιρεν, ουτε, καθαπερ ενι,
αυχης αν ὑστερειν Μοναρχην
αριστον οντα · ολεσας τον
τε γαρ κυκλωπα. . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . ενδικω τετιμω-
ρημενοις · και επιφωνων
εφ' ὡς ουχ ὁσιη φθιμενοισιν
επ' ανδρασιν ευχεταασθαι.
Καταμηνυει δε τον Ὁμη-
ρον, οτι τα τοιαυτα των
φρονηματων δυω νοου-
μενος, ἁυτον τε τοιουτον

Cap. X. Laudes sui ipsius officii, et pietatis fines non debent excedere.

fortitudine oculos truces circum-
ferens furit terribilem in modum,
fretus Iove, nec quidquam revere-
tur hominum, vel Deum . . . .
. . . .
. . . .
. . . . . . optime id per Jovem
vitans non ut glorietur, at in illud
incumbens, quod avertere queat
impium; maxime vero in secun-
da fortuna quippe qui humana
praeditus erat natura, alios edo-
cuit quanto studio Deos proseque-
retur, neque cum Diis contende-
ret. Atqui ipse (Ulysses) ex opti-
morum numero esse, atque ex
optimis originem ducere gloriaba-
tur, neque, ut decet, cuicumque
cedere gloriatione, quum esset rex
strenuissimus. Namque quum per-
didisset Cyclopem. . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . . merita poena multatis;
et adclamans ait: Nefas est defun-
ctis super hominibus gloriari. Id
quidem significat Homerum, quia
mente comprehenderat duas hasce
elati animi conceptiones, talem se
ipsum (praestitisse)

V. 1. sq. Locum supplendum censuimus ipsis Homeri verbis, quae occurrunt Il. I. v. 237. sq. quaeque, ni fallimur, sententia requirere videbatur; namque hic adparet Hectoris impietatem Ulyssis, et Nestoris pietati contra respondere.

V. 15. Mihi persuadeo heic verba fieri de Ulysse iniuria affecto ab Euryalo apud Alcinoum; quare Εριζειν reponendum censui ex verbis ipsius versus a Philodemo in proxime praecedenti columna allati n. 19. sq. Atque huc respicit locus auctoris Vitae Homeri, qui referens versus

Πως αν επειτ' Οδυσηος εγω θειοιο λαθοιμην
Ὁς περι μεν νοον εστι βροτων, περι δ' ἱρα θεόισιν
αθανατοισιν εδωκε.
Quomodo unquam ego divini Ulyssis obliviscerer,
Qui et mente superat mortales, et abunde sacra Diis
immortalibus dedit:

scribit: Εν οἱς ὁραν εστιν, ὁτι επηνεσε τον ανδρα πρωτον επι τῳ νουν εχειν, δευτερον δε επι τῳ σεβειν θεους. *In quibus videre est virum laudasse primum mente, qua praeditus erat, deinde pietate in Deos.*

V. 16. Sine dubio respicit Ulyssis ipsius verba, quae leguntur Odys. θ. v. 221.

Των δ' αλλων εμε φημι πολυ προφερεστερον ειναι,
Aliis me aio esse multo praestantiorem.


Consonat Demosthenes pro Ctesiphonte: Ει με και τους ἐμους ὑπειληφατε βελτιστους, και εκ βελτιονων, *si putatis me, et meos optimos, et ex optimis etc.* Confer ipsum pseudo-Plutarch. ad. h. l. V. Homer.

V. 30. Pete hunc versum Odys. X. v. 412. Vulgo editi libri habent κταμενοισι. Malim φθιμενοισι, quam lectionem et defendit noster; ut religio ista, et pietas extendatur non solum ad occisos, et debellatos hostes, sed ad ceteros quocumque modo vita functos. Locum respexit Virgilius, apud quem Legati Rutulorum Aen. XI. v. 104. dicunt.

Nullum cum victis certamen, et aethere cassis.

V. 33. sq. Duae hae conceptiones esse videntur pietas erga Deos, et religio in defunctos.

V. 35. Confer cum versu Euripidis Hecub. 1236. allato a nobis superius Col. X. n. 12. Αυτον τε χαιρειν τοις κακοις σε φησομεν τοιουτον οντα: *Te ipsum malis gaudere dicemus, quum ipse sis malus.*



Luigi Corazza dis. Fran: Casanova inc

COLUMNA XIX.

παρασχηκεναι . . . . ουτω δε και μυσαχθεις τον και επι τω καλλει εριπτομενον Δεμητριον τον πολιορκητην ουχ ὁτι ταις πραξεσι χαυνουμενον, το επι τω Παριδι καταγεγραφεν· ου Βοηθησειν κιθαριν, τα τε δωρ' Αφροδιτης, την τε κομην, το τε ειδος, ὁτ' εν κονιησι μιγειη, καθαπερ εκεινω συνεβη ληφθεντι μετα ὁλης στρατιας αιχμαλωτω. Και τον καλον Αρην, και αυτης ερωμηνον της Αφροδιτης, ὑπο χωλου, τα λεγουσι, μη συνδεομενον, ἐλεξε, και τον Νειρεα μεν ουτως ετιμαζε, τον δ' Ευμηλον . . . . εφη μη λειπεσθαι, ει και ενιοτε ἡτταται μηδεν ἡττονος. Και τοι θεοεικελους και θεοειδεις ποιειν τους βασιλεις αρεστως εμοι γε. Και γαρ τουτο προς τον χυδαιον εχει τι καταπληκτικον, και τοις κρατιστοις, ὁυς χρη μιμεισθαι, παραπλησιον. Διο και θεοειδεις, και θεοεικελους αυτους προσαγορευ-

praestitisse. . . . .
. . . . Itemque odio prosequens Demetrium Poliorcetem ob pulcritudinem eversum, nedum gestis rebus superbientem, illud, quod de Paride dictum est descripsit: non proderunt cithara, et dona Veneris, et coma, et species, quum provolutus fuerit in pulvere; quod omnino illi accidit, qui captus fuit cum universo exercitu. Et pulcrum dixit Martem, et ab ipsa Venere dilectum (non autem a Vulcano ligatum, ut perhibent;) et Nireum quidem eodem modo honoravit; Eumelum vero . . . .
. . . . dixit non deteriorem, etiam si aliquando vincatur, et superetur a non deteriore. Et sane quidem, quod deorum similes, divinaque specie reges ipsos fingit, hoc mihi certe non displicet. Namque id praesefert vim quamdam stupore percellentem vulgus, et ad optimatium, strenuorumque virorum naturam quam proxime accedit, quos imitari opus est. Idcirco eosdem adpellat et θεοειδεις, et θεοεικελους,

V. 1. Intercidit nomen Auctoris, qui isthaec animadvertit, Paridemque cum Demetrio comparavit.

V. 4. Nonnulli a lexicis expungendam censuerunt v. ερπτω, quam quidem Dydimum, Phavorinum, et Damnium rectius retinuisse comprobat Philodemi nostri auctoritas. Si vero morosum quem pigeat usus eiusdem vocis, corrigat, (sed suo periculo) θρυπτομενον, ut lucem suae correctioni afferant verba Plutarchi: Χαυνουνται γαρ ταις ὑπερβολαις των επαινων, και θρυπτονται, *inflantur, et turgidiores redduntur inani superbia ob magnificas laudes.*

V. 6. Χαυνος ab Aristotele definitur aptissime ad rem nostram: Ὁ δε μεγαλων αυτον αξιων, αναξιος ων, χαυνον: *Qui magna se meritum putat, immerito tamen, hunc* χαυνον dicito. Eth. lib. IV. c. 7.

V. 13. Hanc ipsam inter Paridem, et Demetrium affinitatem observavit etiam Plutarchus: V. Demetr: qui ob eiusdem libidines, et ceteros vitae casus cum Antonio etiam comparavit. Ibid. Homeri versus qui leguntur Il. Γ. 54. sq: quodammodo vertit Horatius Od. lib. 1. 15.

Nequidquam Veneris praesidio ferox
Imbelli cithara carmina divides.......
Sero adulteros crines pulvere collines.

Dona autem Veneris memoravit et Virgilius Aen: IV. v. 33. et Iuvenalis Sat. 7. v. 25.

Et quae componis dona Veneris, Telesine, Marito.

Obiter vero animadverte το εγκονιησι pro εν κονιησι.

V. 12. Ab συνεβη expungendum ι subscriptum, quod iam in universum monuimus in praefatione. Locus vero refertur ad ipsum Demetrium a Seleuco captum, de qua re Plutarchus haec ait: Αλλα και κατεστρεψαν ὁ μεν ἁλους ὑπο των πολεμιων, ὁ δε (Antonius) εγγιστα τῳ παθειν τουτο γενομενος, *verum etiam vitam finivere, alter ab hostibus captus, alter pene in eam fortunam delapsus.* V. Dem. Adde Dionem Chrysostomum scribentem. Ὁ δε Πολιορκητης Δημητριος αιχμαλωτος γενομενος εξ οινου, και μεθης ατιμως απεθανεν: *et Demetrius Poliorcetes ob vinum, et ebrietatem captus turpiter periit.* Orat. 11. de fortit.

V. 16. Apud Homerum Mars audit καλος ab Vulcano, qui sic queritur apud Iovem Odys. Θ. v. 309. sq. quo sine ulla dubitatione respicit noster.

Ὡς εμε χωλον εοντα Διος θυγατηρ Αφροδιτη
Αιεν ατιμαζει, φιλει δ' αΐδηλον Αρηα
Ουνεχ' ὁ μεν καλος τε........
Quia me claudum filia Iovis Venus semper inhonorat,
Perniciosum vero Martem amat,
Quippe qui pulcher est.

Nonnus ipsum Martem cum Venere coniungens Μειλιχιον vocat fortasse eadem sententia, qua καλον adpellavit Homerus. Quidquid sit, hinc certe patet nostrum fortasse hic sequi sententiam των χωριζοντων, qui animadverterant Venerem esse uxorem Vulcani in Odyssea, Martis contra in Iliade; quod eruebant ex v. 417. Il. Φ. Τον δ' αγε χειρος ελουσα Διος θυγατηρ Αφροδιτη

Hunc (Martem) vero adduxit manu prehensum Iovis filia Venus.

v. ad h. l. Schol. ven. edita a Villoison. et diar. classic. Lond. Iun 1827.

V. 18. En ipsum Epicureum deprehensum! Dii pati non possunt, qui ergo Deus ligaretur, et vinculis constringeretur? Hoc loco Philodemus sequutus ne est doctrinam Hesiodi docentis Martem duxisse uxorem Venerem, Vulcanum vero Aglaiam? v. 923.


V. 19. Νιρεα, pro Νιρεα, quam ορθογραφιαν constantissime praeferunt et codices mss: et libri editi. V. in primis opus Philodemi, quod Cl. Petersen edidit attribuens Phaedro Epicureo, ubi legitur Col. IV. συμπολιτευομενον, et δρεμυντητος Col. X. ειμερος. Col. XI. επιτριψειν, et επιχυντηθηναι. Col. VII. n. 3. De Nirei pulcritudine adi Homerum Il. B. v. 651. sq. quem locum conferre poteris cum Virgil. Aen. VII. v. 649. ubi de pulchritudine, et decore Lausi, *quo pulcrior alter*

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

V. 20. Facile respexit noster homericum illud de Minerva iugum currus Eumeli frangente: Ἡ δε μετ' Αδμητου ὑιον κοτεουσ' εβεβηκει, Ιππειον δε οἱ ἠξε θεα ζυγον: *ipsa autem venit indignata ad Admeti filium, atque equinum ei fregit currum.* quo praesentissimo Deae auxilio factum est, ut ab Diomede Eumelus vinceretur. Hinc probe videtur a Philodemo dici αυτον ἡττασθαι μηδεν ἡττονος si recte stat nostrum supplementum.

V. 25. Reges apud Homerum vulgo sunt a Iove, heroesque ab Diis originem ducunt. Hinc vocantur διοτρεφεις, θεοειδεις, θεοεικελοι, θεοις εναλιγκιοι.

V. 29. Vim heroum καταπληκτικην in Ulysse animadvertit Auctor V. H. scribens: Τους δε ὑποδεεστερους καταπληκτικως ὑπακουειν τοις κρειττοσιν αναγκαζων, *inferiores cogens* καταπληκτικως *auscultare optimatibus;* Id ipsum et Aristoteles Poet. lib. 1. sub fin. Ει ουτως εκπληκτικωτερον η αυτο, η αλλο ποιει μερος, παραδειγμα ἡ του ἑκτορος διωξις, *si sic magis aptam ad consternandum vel hanc, vel aliam facit partem, exemplo est Hectoris persequutio.*



Luigi Corazza dis — Fran.co Casanova inc

COLUMNA XX.

. σημανοτερους αυτους
πονον, και φερτερους, ὡς Α-
γαμεμνων ην, ὁτ᾽ εν στρα-
τια εφανη. Και θηκεν
εκπρεπε᾽ εν πολλοισι, και
εξοχον ἡρωεσσι· τον δε Α-
χιλλεα και καλλιστον γ᾽ α-
παντων, παμφαινει γαρ
ὡστ᾽ αστηρ. Και παλιν· αστε-
ρι οπωρινῳ εναλιγκιος αυ-
τος σημα ικτα λαμπροτατον
κακον, και τιον, ὡστε
πυρετον φερειν πανταισ-
σι βροτοισι. Εν οἱς δη ωπα-
ζεσθω την μεν ευπρεπει-
αν καταπληκτικην φυ-
σι, και κοσμῳ, και ταις προς
την μαχην πανευχιαις
αυτου δ᾽ αν τους το μεν πολυ
τον Ὁμηρον δεικνυειν· ὡς
ει, καθαπερ εφην, αλαζο-
νικως καθ᾽ αὑτους εισαγονται
λεγοντες, τοιαυτης μετεχου-
σιν, ὁτι διαφερειν δει των
πολλων . . . .
. . . . ει και εκ του συγ-
κεχωρημενου προσαπο-
στερει της επισημασιας
ὡν εχει προτερηματων·
δι᾽ ἡν χωρις των αλλων
τοις μεν ανιστορητοις ἑ-
αυτον επιδειξει, τους
δ᾽ επιλανθανομενους α-
ναμνησει, τους δε αχαρι-
στουντας οφθαλμωρυχη-
σει, τους δε παραλειποντας

ut insigniores, et potiores faciat, sicut erat Agamemnon, quum in exercitu adparuit. Et posuit (Atridem) illustrem in multitudine, et praestantem inter heroas; Achillem vero omnium pulcherrimum, splendet enim sicut aster: et iterum: caniculae similis incedit, signum fulgidissimum, mala afferens, et tale, quod febrim inferat universis mortalibus. In quibus animum advertito pulcritudinem percellentem et natura, et ornamento, et panoplia in certaminibus, plerumque Homerum exhibere; ut, si quemadmodum dixi, iactanter inducuntur et gloriose de se loquentes (heroes) huiusmodi iactantiae sunt participes, quia a vulgo eosdem secerni fas est....... etsi ex compacto insuper (Minerva) privavit (Ulyssem) facultate monstrandi praerogativas, quibus est praeditus; propter quam facultatem seorsim ab aliis se ipsum manifestabit illis qui eum ignorant, oblitis se in memoriam revocabit, ingratis oculos effodiet, qui vero ab se defecerunt

V. 2. sq Il. B. v. 482. Agamemnonem prae ceteris praestantissimum exhibet Homerus, ut summum Graecorum omnium imperatorem addecet. Id ipsum innuens Dio Chrysostomus ait: Ουδε γαρ οιεται δειν Ὁμηρος τον ἡγεμονα φαινεσθαι ταπεινον, ουδε τοις πολλοις, και ιδιωταις ὁμοιον, αλλα και στολη, και ὁπλοις διαφερειν παρα τους αλλους επι το μειζον, και σεμνοτερον: *Neque enim existimat Homerus, quod Ducem oporteat adparere abiectum, et vulgo, ac privatis similem; verum et stola, et armatura maiore, atque honestiore ceteris praestare.* De Regn. 11.

V. 7. Ipse Nireus omnium pulcherrimus uni Achilli decore cedebat, uti et virtute: quod nec fugit auctorem V. Hom. qui sic scripsit. Μαλιστα δ' εν τουτοις την της αρετης δοξαν συνιστησιν, εν ὁις τον μεν Αχιλλεα ποιει ου μονον ανδρειον, αλλα και καλλιστον το ειδος; *maxime vero in his exhibet quid de virtute sentiat, in quibus Achillem non solum fortem facit, verum etiam pulcherrimum forma.* 11. 136.

V. 11. Ικτο ab Hesychio exponitur ηκει, ηλθεν, *venit, incedit.*

Ibid. Λαμπροτατον legendum, pro Λαμπροτον, quod mendose exhibetur in papyro.

Locum pete in Il. X. v. 30. Παμφαινονθ' ὡστ' αστερα..........

Λαμπροτατος μεν ὁ γ' εστι, κακον δε τε σημα τετυκται,
Και τε φερει πολλον πυρετον δειλοισι βροτοισι·

Fulgidum ut stella............

Fulgidissima ista est, signum maleficum,
Et multam affert febrim mortalibus aegris.


Ubi in primis observa Philodemum memoriter fortasse ex veterum plerorumque more substituisse παντεσσι, τῳ homerico δειλοισι. Themistius rem ipsam ex Homero descripsit: Λαμπρον, παμφαινοντα ὡστ' αστερα εν ουρανῳ, *illustrem praefulgidum, ut stella in caelo.* Orat. IX. Adposite vero Eustathius in Homeri verbis το καταπληκτικον observat: Ὁμηρος ὁυτω την λαμπηδονα των Αχιλλεως ὁπλων κυναστρῳ εικασεν, ὁπερ ου μονον αριζηλον ταις αυγαις, αλλα κακοποιον τῳ πυρετῳ. *Sic Homerus adsimilavit caniculae fulgorem armorum Achillis, quae non solum splendore praeclara est, sed aestu malefica, et exitialis.*

V. 14. sq. Ωπαζεσθαι ὁραν, σκοπειν Hesych.

V. 16. sq. Ferme simili ratione dixit Aristoteles η δια τεχνην, η δια φυσιν, *aut arte, aut natura.* Poët: cap. 8.

V. 18. Παντωχια Hesychio est πανοπλια. V. Aeschyl. S. contra Theb. 31. Schol. ad Aristoph. Vespas. v. 209. Euripid. Suppl. 1191, et Heracl. 720, et 787.

V. 55. Οφθαλμωρυχος habet Aeschyl. in Eumen. v. 186. Hinc recta descendit οφθαλμορυχεω *oculos effodio*, qua v. exinde locupletari poterunt lexica Philodemi auctoritate. Nisi plumbeus iam per se viderit lector id referri ad poenam de Cyclope sumtam ab Ulysse, cuius mutationem in mendicum senem Minervae opera hic attingere videtur Philodemus.



Luigi Corazza dis — Fran.co Casanova inc

COLUMNA XXI.

κτανει, η αλλως πως εκδικησει. Ἑνεκα δε τουτων μεγαλαυχια κεχρημενος παρα τω Αλκινοῳ περι ἑαυτου λεγει· Τον ἱππον, ὁν ποτ' ες ακροπολιν δολον ηγαγε διος Ὀδυσσευς· των δε γινομενων αυτῳ αθ' ευχεται λεγων· Ειμ' Οδυσευς, ὁς πασι δολοισιν ανθρωποισι μελω, και μευ κλεος ουρανον ικει· και παλιν αυτος προς τον Αχιλλεα φησιν. Εγω δε κε σειο νοηματι κεν προβαλοιμην πολλον . . . . εφη ουν, ὡς ουτις νοον αλλος αμεινονα τουδε νοησει, ὁιον εγω νοεω, ημεν παλαι, ηδε τι και νυν. Και παντες ουτοι δι' ἁς ειπον αιτιας χρωνται τοις ιδιοις εγκωμιοις, αλλ' ουχ ἱνα περιαυτολογησωσιν. . . . . . . Το δ' εκεινο του ποιητου παρεσημειωσεν, ὁτι την απο της εμπειριας

morte, aut alia quavis ratione ulciscetur. Quocirca magnifice de se ipso loquens (Ulysses) in Alcinoi regia dicit: Equum quem quondam in arcem dolum duxit divus Ulysses: de ingenitis vero dotibus gloriatur his verbis: sum Ulysses, qui omnibus dolis sum curae hominibus, et mea gloria caelum pertingit; rursus vero Achilli ait: Ego vero prudentia te longe superaverim . . . . Dixit igitur: (Nestor) Nemo alius sententiam potiorem excogitaverit, qualem ego sentio et olim, et nunc. Hique omnes supra allatis de caussis suas quisque efferunt laudes, non quidem ut de se ipsi magnifice loquantur. . . . . . . Illud autem Poëtae admonuit, quod sententiae ab experientia proficiscenti

V. 5. sq. Odyss: Θ. v. 494.

V. 10. Odyss: I. v. 19. sq: Locum imitatus Virgilius cecinit:

Sum pius Aeneas fama super aethera notus.

Aen: I. v. 383.

V. 14 Il: T. v. 218. Ovidius idem ferme expressit Metam. XIII. v. 561.

Tibi dextera bello
Utilis; ingenium est, quod eget moderamine nostri.

V. 17. sq. Il: I. v. 104.


V. 24. Verbum habet Sextus Empiricus, et post eum Eustathius Il. α. pluries: tum Georgius Corinthius, et Scheff. ms. De περιαυτολογια commodum occurrunt verba Dionis Chrysostomi: Η ουκ ανοητου ανθρωπου εστιν αισχυνεσθαι αυτον επαινειν μελλοντα μεγιστα ονησειν; *An non stulti hominis est, si erubescat se laudare, maxime, si sit profuturus?* Pressius autem ad seotentiam Philodemi accedit Plutarchus, apud quem haec habes: Εστιν ἡ παρακινδυνευσειεν αν ὁ πολιτικος ανηρ ἅψασθαι της καλουμενης περιαυτολογιας, προς ουδεμιαν αυτου δοξαν, η χαριν, αλλα καιρου, και πραξεως απαιτουσης, ὥσπερ αλλο τι, και περι αυτου, λεχθηναι των αληθων· μαλιστα δε ὅταν η τα πεπραγμενα, και προσοντα χρηστα: *Usu tamen venire potest, ut audendum sit civili viro aliquid de seipso dicere, non gloriae ullius, aut gratiae captandae caussa, sed quia occasio, et res ita postulent, ut sicut de alio, ita et de se ipso vera etiam proferat maxime quum ad praesens institutum commode cadit.* De Laud: sui ipsius. II. Nullo autem modo praeterenndum quod idem ibidem addit: Πειθομενους γαρ ἁμα, και φιλουντας ἡδυ, και ῥαδιον ωφελειν *dicto enim audientibus, et amantibus facilius, et suavius licet prodesse;* unde luculenter adparet quonam pacto vel ex sui ipsius laudibus ad tempus prolatis in alios bonum queat proficisci.

V. 27. Atticam formam του ποιν ab veteri Schol. ms. ad Plutum Aristoph: v. 14. memoratam, et improbatam a Brunckio ad Lysistratam v. 128. eiecit semper Villoisonus: Scholion sic se habet: ου χρη ποιν γραφειν *non est scribendum* ποιν. Proleg. ad Homer. p. VII. Adde Triclinium iam antea scribentem: Πλανωμενους τινας το ποιν γραφειν αντι του ποιειν αμαθως: *errantes nonnullos scribere* ποιν pro ποιειν: *ignare.* Reiiciemus ne et nos hanc formam inter Scriptoris librarii σφαλματα? Piget sane, quum saepius recurrat in hac papyro, et fere constanter legatur in altera de Rhetorica, in quam adornandam impense incubuimus, et Deo dante quam primum edemus. Sed quis ignorat hanc formam iam vulgo hodie a doctis criticis probari? Quod si τη αναλογια quoque tantulum concedere nobis liceat, atque ab auctoritate recedere, diceremus profecto hanc formam unice vetustissimam, unde Latini ipsi poëtam, non *poeetam* dixerunt, ut contra *prooemium*, non *proemium.*

V. 29. Εμπυριαν praetulimus ex ipsis Nestoris verbis ad Diomedem Il. I. v. 54. sq:

Και βουλη μετα παντας ὁμηλικας επλευ αριστος.
....Αυτάρ ου τελος ικεο μυθων·
Η μεν και νεος εσσι....
Αλλ' αγ' εγων ὅς σειο γεραιτερος ευχομαι ειναι
Εξειπω.

Et consilio praestantissimus es inter omnes, qui sunt eiusdem tuae aetatis.
...... Sed non pervenisti ad finem consiliorum........
Utique vero iuvenis es........
Sed age ego, qui te seniorem profiteor esse, eloquar.


ΝΓΑ
ΝΤΑΠΕ
ΦΟΥΚΑ
ΝΟΥ
ΟΔΗΝ ΑΥΠΟ
ΔΗϹ ΗϹΓΑΜ ΟΥ
Ν ΩϹΤΕ Λ
ΟΥΛΟΝ ΤΟΥϹΜΗΔΕ ΟΝ
ΤΑϹ ΜΑΛΙϹΤΑΔΕ ΟΥϹ
Α ΙΟΥ ΕΙΝΑΙϹΥ Ε
ΕΟΤ ΝΕΔΡΕΥ ΟΤΑΤ
ΜΗ ΙϹΕΤΟΝ ΧΟ
Τ ΝΟ
ΓΙΑΛ ΤΚ Α
ΕΠΙ ΑΙ ΑΙ
Ω ΑΙ ΚΑΙ
ΜΗ ΡΟΩ ΑΡΑ
ΛΙΠΩΜΕ Α ΕΙΚΗ
ΤΩΝΕΠΙ ΝΩΝΤΗΙ
ΑϹΙΛΕΙΑΙΠΑ ΑϹΕΠΕΙ
ΦΑ ΕΙϹΕΝ ΠΑ
ΝΔΡΟΥΓΕ
ΕΠΙΔΕ
ΝΕΝ ΡΑΠΕΜ ϹΑ
Α ΕΙΝΤΟ
ΕΑΙΩ ΙΜΑΖΕΝ
ΝΟΜΕΝΟϹΟΤ Δ Φ ΟΥΝ
ΤΕϹΑΛΛΗΛΟΙ Ο ΙΤΩΝ
ΠΡΑΓΜΑΤΩΝΚΑ ΠΙΒΟΥ
ΛΕΥΟΝΤΕϹΤΟΝΥΠΑΚΟΥΟΝ
ΤΑΝΕΥΡΟϹΠΑ ΤΟΥϹΙΤΟΙϹ
ΠΛΑΤΤΟΜΕΝΟΙϹΚΑΤΑΛΛΗΛΩΝ
ΟΘΕΝΟΖΕΥϹΤΗ ΝΑ ΡΟ
ΔΙΤ ΜΕΤΑΓΟΝΤΗΝΔΙΑΒΟ

COL. XXII

Nicc. Corazza dis. *Gio. B.ª Casanova inc.*

COLUMNA XXII.

γνωμην ου τις' αν αλλη τις υπερβαλλοι. . . . .
. . . .
. . . . Και μη προωθωμεν, μηδε παραλιπωμεν απαντας εικη των επιτεταγμενων τη βασιλεια παρατριβας · επει αφανεις ενεδρας και παρ' ανανδρου γε ποιεισθαι τοις επιδεδημηκοσιν εφηνεν. Παραπεμπει δε, ὁσα κριναι δοκειν, ταυτα, και ια. Ωνομαζεν δ' αυτον γινομενος, ὁτι διαφθονουντες αλληλοις οἱ επι των πραγματων, και επιβουλευοντες τον ὑπακουοντα νευροσπαστουσι τοις πλαττομενοις κατ' αλληλων. Ὁθεν ὁ Ζευς της μεν Αφροδιτης μεταγων την διαβο-

nulla alia praestare, aut potior esse possit . . . .
. . . .
. . . . Et neque propellamus, neque negligamus temere quascumque Reipublicae praepositorum querelas; deinde obscuras vel ab ignavo quovis insidias illis, qui peregre in patriam redeunt, strui significavit. Quare eadem praetermittens negligit, ut mea quidem fert sententia. Scipsum vero (Ulysses) nominavit, ut eosdem a se propelleret, quoniam qui Reipublicae administrationi praesunt, sibi mutuo invidentes, atque insidias struentes, per illa, quae vicissim contra se comminiscuntur, quasi fidiculis movent quicumque ipsis clam aures praebet. Hinc Iupiter a Venere prohibens calumniam


ADNOTATIONES.

V. 4. sq. Illud colligi visum est ex superstitibus columnae huius verbis, quod Philodemus hoc loco insistat in necessitate propriarum laudum maxime in aulis externorum principum ad vitandas insidias, quae praecipue peregrinis, et advenis struuntur ab principibus civibus in monarchicis regiminibus constitutis. Non inficior tamen posse omnia haec perinde referri etiam ad insidias a procis in ipsa sua domo Ulyssi paratas; inde ergo totum nostrum supplementum deduximus.

V. 19. Graecam vocem expressit Horatius Sat. lib. II. 7. v. 82.

Duceris ut nervis alienis mobile lignum.

Sunt doctis nota νευροσπαστα αγαλματα apud Graecos, et phallicae νευροσπαστοι imagunculae apud Aegyptios, de quibus Herodotus lib. II. c. 48.



Luigi Corazza dis. Fran.co Casanova inc.

COLUMNA XXIII.

λτ,ν . . . .

. . . . . . Δοκει δε τουτο λιαν προσηκον τοις μαλιστα δοξης ορεγομενοις · ου γαρ ανιασιν επιδουναι τον εαυτων οικον . . . .

. . . . . . Προειλοντο γαρ αν ἡγειται αυτοις ὁι εξ ευφορου γνωσεως επιθυμουσιν εισοιχειουσθαι τους λυπομενους επι ὁδῳ. Και τουτο μεν τοι δοκουσιν μαλιστα λαμβανειν ὁι εκ των προυχοντων γενει, και τουτοις επιγινομενων, εν ὁις ὁι αψογοι δηπουθεν ανδρες φερονται τα πρωτα. Διοπερ Αγαμεμνων ὑπερευδοκιμειται Νεστορι . . . . . .

. . . . . Εοικιν δε και τον μαντιν εν Ιθακη πεφιλοποησθαι · διοπερ και ὁ Τηλεμαχος ουχ ὁτι μονον ηρειτο φιλοξενειν, προσηκτο τον Θεοκλυμενον Ἑλλησιν πιστευομενον · ειδως τι γενος των μαντι-

. . . .

. . . . Videtur autem id maxime decere illos, qui gloriam adpetunt; non enim recusant donare rem suam familiarem . . . :

. . . . . At inter hos essent duces eligendi, qui utili sententia desiderant familiariter excipere afflictos itinere. Et id quidem videntur in primis animo concipere qui et ipsi ex praestantibus originem ducunt, et eorum posteri; in quibus viri prorsus irreprehensi primas ferunt. Idcirco Agamemnon supra ceteros Nestori probatur . . . .

. . . . Videtur porro et Ithacae fuisse benevole exceptus vates; quocirca etiam Telemachus non solum quia hospites excipere eligebat, adduxit Theoclymenum, cui Hellenes fidem praestabant, cognoscens vatum genus


ADNOTATIONES.

V. 13. sq. Frequentissima apud veteres Scriptores, et in ipsis monumentis est generis mentio, et inde laudes ductae. V. Raoul Rochet. antiquit. du Bosph. Cim. p. 174. Demosth. pro Ctesiph. Plutarch. de laudib. sui ipsius, etc. etc.

V. 22. Apud Ithacenses illustris auguriorum interpres Halitherses. Odys. Β. v. 158. Penelope subinde consulit alios θεοπροπους de reditu Ulyssis. Α. v. 415.

V. 25. De Theoclymeno v. Plutarch. plac. philos. IV. c. 20. Aelian. Hist. An. VIII. 5. In universum vero maximo honore afficiebantur vates, ut scripserit Strabo: Δια τουτο και οἱ μαντεις ετιμωντο, ὡστε και βασιλειας αξιουσθαι: *Idcirco vates adeo honorabantur, ut et Regno digni haberentur.* lib. XVI. p. 762. Hic Philodemus respicit Od. Ο. v. 224. sq. tum v. 280. sq.

φιλοδημου περι καθ' Ομηρου


ΤΟΝΟΥΔ
ΝΑΚΟΙ
ΙΑΙϹ Ϲ ΤΑΙ
ΑΤ Π ΘЄϹΘ
ΗΚ ΟΝ Є
ΠЄΙ ЄΟ ΝΥ
ЄϹΘΛΟΝ ΡΟΜΙΝΤ
ΝΥΝ ЄΛЄΓΙ ΤΟ ΥΠΟ
ЄΝ ϹЄΟ ΤΑ
Ο ΝЄ ΚΑ
ΚΑΙ ΙϹ

ΒЄ
ΠΑ ΟΡΩΠΟ ϹΧΑΛЄ
ΤΑΘΙΔΗЄϹ ΤЄΠΑΝ
ϹΤΥΓЄΡΗΝΔЄΤΙϹ ΜΙΝΟ
Α Є ΙΑΤΗΝ ЄΙΠΑ
ΥΑΝΗ ΑΝ
Ω ΔЄΙ
ΥΝ ΘΩϹЄΙϹ
ΝЄϹЄ
ΑΙ
Ω
Α
ΗϹΑ
Α ϹΗϹ
Τ ΗΜЄ
Ν ΜΗΡ
ΚΑΙΤ ΗϹ ΦЄΡΟΝ
ΤΙΤΟ ЄϹΤ ΡΑΠΑΙ Ϲ
ϹΤΗϹЄΤΟΙ ΑΦЄ ΟΜЄΝ Ϲ
Π ΟΝΤΑΤΗΝΑΙΡ ϹΙΝ ΖΗ
ΛΟΥΝΤΩΝΚΑΙΤΟΥ ЄΝΤΑΥ

COL. XXIV

Luigi Corazza dis *Fran. Casanova inc.*


COLUMNA XXIV.

ων ειναι θεσπεσιον . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . Ὁμηρῳ .
και τιθεις δη συμφερον τι τον μεν Νεστορα παριστησι τοις διαφερομενοις πειθοντα την αιρεσιν ζηλουντων, και τους δ' ενταυ(θ' αποκληρουμενους). . . . . . .

divinum, et venerandum esse. . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . Homero. Et profecto proponens utile quid Nestora quidem excitat inter se contendentibus, qui persuadeat, ut eligantur aemulantes, eosdemque eadem de re sorti commissos

V. 16. In ἀπογράφῳ est παρεστήσει librarii incuria.

V. 17. sq. Respicit fortasse v. 161 sq. Il. H. Οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν et. c. *novem omnes surrexerunt*, et. c. Idcirco visum est reponere διαφερομένοις, omnes enim et singuli alius aliter sentientes ob idem inter se contendebant; qua sententia Plato dixit. Ἔστω, ἵνα σοι μὴ διαφέρωμαι, *sit igitur ita, nolo enim tecum contendere.* Si vero malis διαφερομένους interpretari *praestantiores*, non repugno.



Luigi Corazza dis. *Fran. Casanova inc.*

FRAGMENTUM I.

. . . . . . μη τις εξαπατηθειη, και δια το αυτο ευλογεισθαι διορκιαν. Και μελλοντων μονομαχειν, και τους Αχαιους, και τους Τρωας ευχομενους εις τον ουρανον ανεχειν χειρας τοις θεοις . . . .

. . . Ne quis deciperetur, atque ob id ipsum mutuum iusiurandum probare. Et quum pugnaturi sunt singulari certamine, Achivos simul et Troas (inducit) precantes deos sublatis ad caelum manibus. . . .

FRAGMENTUM II.

Φερε δε πρωτά μεν τοι λεγομεν, ότι βασιλικωτατον η · και εοικοτως ειναι δοκει το παντά γ', ειπερ ειη δυνατον. . . . . . .

Age vero id in primis dicimus, quod maxime regium sit; et profecto illud iure esse videtur, omnia si posset fieri . . . .

Fragm. I.

V. 3. Abest a lexicis διορκια. Abest ne idcirco et ab αναλογια? Quidni? occurrit ευορκια, επιορκια, et ipsum διορκεω, et διορκωσις. Assignavimus vero huic voci significationem obstringendi per *mutuum iusiurandum*, tribuentes significationem *inter* particulae δια, quod nemo improbabit Iliad. 3. v. 318.

V. 4. Ni fallor spectat hic noster tum ad singulare certamen Paridis, et Menelai, tum ad foedus idcirco initum inter Troianos, et Graecos; idque innuunt verba μη τις εξαπατηθειη, quae Homerus expressit

Μη τις ὑπερβασιη Διος ορκια δηλησηται,
Ne quis transgressione violet Iovis foedera,


Il. Γ. v. 108. foedifragi enim sunt Troiani.

V. 5. sq. Locum supplendum censuimus ipsis Homeri verbis, quae literarum vestigia indicabant.

Λαοι δ᾽ ηρησαντο, θεοισι δε χειρας ανεσχον
Ὡδε δε τις ειπεσκεν Αχαιων τε, Τρωων τε.
Populi autem supplicabant, Diisque et manus elevabant;
Sic autem aliquis dicebat Achaeorum, et Troianorum.

Fragm. II.

V. 5. Sententia sic explenda esse videtur: vere regium boni principis munus esse, ut ipse omnia inspiciat, omnibusque prospiciat, si id fieri possit.



Luigi Corazza dis. Fran. Casanova in.

FRAGMENTUM III.

. . . . Ευδικιας ανεχησι· Και δια τουτ' αυτω οισει δαψιλως ἡ γη πυρους, και κριθας, βριθησι δε δενδρεα καρπω, Τικτη δ' εμπεδα μηλα, θαλασσα δε παρεχη ιχθυς, εξ ευηγεσιης, αρετωσι δε λαοι ὑπ' αυτου. Και παλιν . . . .

Iustitiam extollet: idcirco terra ipsa copiose feret tritica, et hordea, gravabit vero arbores fructu, et pariet firma pecora: mare praebebit pisces, atque ob rectam administrationem populi sub ipso felicem, et virtuosam degent vitam. Et iterum . . . .

FRAGMENTUM IV.

. . . . Διοτι της αξιωσιως εκεινος απολαυσει· και την ακμην αντιπαρατιθησι την ιδιαν ου μεν αδολεσχιας ἑνεκα γεροντικης, αλλα δια του πατροκλου νουθετειας . . . . .

Idcirco honore, atque existimatione fructur; et suum ipsius iuventae vigorem opponit non quidem senilis iactantiae caussa; sed per Patroclum cohortationes, et consilia. . .


ADNOTATIONES.

Fragm. III.

V. 1. sq: Locus desumtus ex Od. τ. v. 111. sq.
V. 5. Εντιδα habet papyrus pro εμπεδα.
V. 6. Athenaeus cum Philodemo nostro consentiens haec habet: Καὶ εις ευδαιμονιαν δε καταριθμων το την θαλασσαν ιχθυς παρεχειν · ὁμως τουτων ουδενα ποιει προσφερομενον. *Felicitati tribuens, quod mare piscibus abundet; neminem tamen facit iisdem cibo utentem.* lib. 1. De esu piscium in genere apud veteres, et praecipue apud homericos heroas V. Leonis Allatii de Patr. Homeri c. 111.

Fragm. IV.

V. 7. Vocem Νουθετεια probat Porson. advers. 271. quamquam suspecta exhibeatur in indice Stephani. Edit. Walpy. Postmodum erit lexicis immittenda auctoritate Philodemi suffulta. Noster spectare videtur verba Nestoris Il. λ. v. 667. ssq:



Luigi Corazza dis. Gian.° Casanova inc.

FRAGMENTUM V.

. . . εκπληττεσθαι περιγινεται των προσηκοντων παθων, δειματος, και φοβου, και θαμβους και των όμοιων. ώς εν τε τω τηλικουτω θυμω πειθεται προς της Αθηνας Αχιλλευς, εν τε τη νυκτι δε . . .

accidit, ut percellatur animi perturbationibus rei consentaneis, nempe timore, pavore, terrore, et id genus aliis. Sic in tanta ira Achilles auscultat Minervae; nocte autem. .

FRAGMENTUM VI.

. . . προς αδικους τουσδε μνηστηρας, και παρανομους, αλλ' ουδε παρα τουτ' εισεμβασις οικονδ' ην. Τα δ' αλλα ταις αυταις και επιτιμων τοις παραφρονουσι τουτοις (όμονοουσαις) . . . .

ad iniurios hosce, atque iniustos procos; sed praeterea ne aditus quidem domum ipsi patebat. Ceterum, quum poena afficeret etiam istas, quippe quae cum stultis illis (conspirabant) . . . .

ADNOTATIONES.

Fragm. V.

V. 1. Θαμβησε δ' Αχιλλευς, μετα δ' ετραπετο. *Expavit Achilles, et retro conversus est.* Il. A. v. 199. Notissimus theophaniarum effectus hic certe subindicatur.


V. 5. Και μαλα περ θυμῳ κεχολωμενον, *etsi animo apprime iratum. Ibid.* 217.

Ουδ' απιθησε μυθῳ Αθηναιης,
Neque fuit inobediens verbis Minervae v. 220.

Fragm. VI.

V. 1. Spectare videtur locum Odyss. Θ, ubi narratur Ulyssem mendici speciem referentem e propria domo eiectum, et prohibitum fuisse a procis, nec non alterum *Odyss.* X. de consilio mortis perfidis ancillis inferendae, poenaque ipsis inflicta.

φιλοδημου περι καθ' Ομηρον



Luigi Corazza dis. Fran. Casanova inc.


FRAGMENTUM VII.

. . . . και ασπουδει
ανδρες εχουσιν επ' αλλοτρι-
ων. Ουκουν ει ταυτα ωδ' ην,
ἥψατο γε των μη μονον α-
φελομενων τ' αλλοτρια,
αλλα και παραινεμα καλλι-
στον ἡγουμενων τυραν-
νω κτεινειν, και μιαιφο-
(ειν) . . . .

. . . . atque incuriose homines agunt in rebus alienis. Si igitur ita se res habet, pupugit non solum qui alienas res rapiunt, sed etiam qui optimam laudem esse tyranno existimant occidere, et sanguine foedare . . . .

ADNOTATIONES.

V. 1. Fragm. VII. Spectat fortasse noster ad loca Homerica
Εγω δε κεν αυτος ελωμαι Il. A. v. 137. *Ego certe ipse auferam.*
et Η πολυ λωιον εστι κατα στρατον ευρυν Αχαιων
Δωρ' αποαιρεισθαι;
An multo praestantius est in ingenti Graecorum exercitu dona rapere? Ibid. v. 229.
et Η όγε φασγανον οξυ ερυσσαμενος παρα μηρου
Τους μεν αναστησειεν, ὁ δ' Ατρειδην εναριζοι
Utrum ipsemet ense acuto stricto a femore
Hos quidem dimoveret, Atridem vero interficeret. Ibid. 190. sq.
Potius autem dixerim nostrum spectare procos, eorumque dilapidationes in domo Ulyssis.



Luigi Corazza dis. Fran. Casanova inc.


FRAGMENTUM IX.

. . . . και δια την φιλοστοργιαν οἱ Τρωες αυτῳ τον Εκτο(ρα ουτασαντι ανθιστανται.)

. . . . et propter benevolentiam Trojani eidem obsistunt, quum Hectorem vulnerasset.

ADNOTATIONES.

V. 5. Videtur respicere locum Il. Ξ. v. 411. sq. ubi describitur ictus ab Aiace Hectori illatus, et auxilium ab sociis eidem Hectori allatum.



F. X.

Luigi Corazza dis. Gian Casanova inc.

FRAGMENTUM X.

. . . . . οιον ενσημαινων το χρονιζειν μεν εν ταις λυπαις ασχετοις ονασθαι, αλγη δε ταναα παυσαι δυναμικως, ότι χρη τον, εγγραψεν, καταθαπτειν, ός κε θανησι νηλεα θυμον εχοντας επ' ήματι δακρυσαντας· όσσοι δ'αν πολεμοιο περι στυγεροιο λιπωνται μεμνησθαι ποτιος, και εδητυος. Και γαστερι δ'ουπως εστι νεκυν πενθησαι. Ου τοινυν μηδεις εασαι εις πολεμους στεριχειν της (ποτιος, η εδητυος) . . . . .

Quasi significaret tempus in immodicis molestiis iuvare, atque diuturnos dolores potenter sedare, quum scripserit: Opus est eum quidem sepelire, quicumque mortuus sit, patientem animum habentes, diem unum defletum; quotquot autem pugnae horrendae superfuerint, meminisse potus, et cibi: Tum ventri haudquaquam licet defunctum lugere. Nemini igitur permittitur ituro ad praelium, ut privetur cibo, et potu . . . .

ADNOTATIONES.

V. 1. Τα δε επι τοις θανατοις των οικειων πενθη ουτε αμετρα ειναι αξιοι, αγενες γαρ τουτο, ουτε παντελως εκκεκοφθαι εᾳ, αδυνατον γαρ το απενθες επι ανθρωπων. *Luctus in familiarum funeribus neque immoderatos probat, (illiberale enim hoc est) neque prorsus e medio tolli permittit, eo quod homines dolore omnino vacare nequeunt.* Auct. v. H. lib. II. Huc fortasse trahendum Epicuri dogma de dolore: ου χρονιζει το αλγουν συνεχως, το δε ακρον ελαχιστον χρονον παρεστι, quae verba vertit Cic. Tusc. 11. *Dolorum magnitudinem brevitate consolatur Epicurus, longinquitatem lenitate.*


V. 6. sq. Il. T. 228. Homericos versus sic vertit Tullius l. c. III.

Quo magis est aequum tumulis mandare peremptos
Firmo animo, et luctum lacrymis finire diurnis.

Eosdem παραφραζει et Dionysius Art. 5. q. 16. Obiter animadvertas egregie cum nostra convenire lectionem Ernesti, quae praefert δακρυσαντας, quum in ceteris libris sit δακρυσειτας.

V. 12. Ibid. v. 225.

V. 15. An στιριζειν? certe στιριχειν non videtur graecae formae.



ΤΩ ΚΑΙ
ΕΡ ΕΝΕΙΣ
ΝΨΕΓΩΜΕΝΟΥΔΕ
ΕΙΝΕΝΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣ
ΙΣΗΤΟΡ Λ Δ ΟΝΤ
ΤΑΙΣ ΥΝΟ ΣΙΑ ΚΑ ΤΟ
ΑΤΟ ΜΑΝ
ΤΟΥΤΩΣΕΦ
ΟΝΤΑΙΚΑΙΛΕ
ΕΙΝΚΑΙΠΑΝΤΑ
ΚΑΙΠΑΝΤ
Ε ΤΑΓΙΝΕΤΑΙΤ
ΛΙΝΔΕΤ
Ω
ΣΕΩ Α ΑΙ
ΝΕ ΑΤΑΣΙΣ ΑΣΘ
ΟΤ ΚΑΙΠΑΡΑ..ΙΣΦ
Σ ΤΑΝΜΟΝΟΝΚΗΛ
ΠΑΘΗΣΟΔΥΣΣΕΙΟΥΔΙΗΓΗ
ΣΕΩΝΑΚΟΥΟΝΤΑΣΑΛΛΑΚΑ
ΚΑΤΑΤΗΝΑΛΙ ΝΣΥΜΠΕΡΙ
ΦΟΡΑΝΚΑΙΠΑΡ ΤΟΙ ΕΤΟΙΣ
ΜΛ ΣΤΗΡΣΙΤ ΕΠΟΛΛΑ
ΤΗΚ ΝΕ ΤΑΞΑ

Luigi Corazza dis. *Fran Casanova inc*


FRAGMENTUM XI.

. . . . . . και παρα τοις Φαια-
ξιν, ὡστ' ουτ' αν μονον κηλεση
παθης οδυσσειου διηγη-
σιων ακουοντας, αλλα και
κατα την αλλην συμπερι-
φοραν . και παρα τοισδε τοις
μνηστηρσι τα γε πολλα . . .

et apud Phaeaces, ut non tantummodo oblectet narrationem laborum Ulyssis audientes, sed etiam in alio congressu; et apud hosce procos saepius . . . .

V. 1. sq. Non facile dixeris, quid sibi proposuerit Philodemus in hac operis parte, nisi rem ipsam traxeris aut ad usum poëtarum, et vatum in aulis principum, aut ad temperantiam, et prudentiam Ulyssis, de qua sine ulla dubitatione est sermo.

φιλοδημου π των φιλοσοφων



r Casanova dis. Giu. Casanova inc.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

PHILODEMI

DE PHILOSOPHIS.

PRAEFATIO.

Iam inde a remotissimis societatum humanarum primordiis eo spectarunt curae, et studia tum sapientium, tum sacerdotum, qui et ipsi fuere apud omnes populos sapientissimi, optimeque de universa hominum societate meriti, ut hominum cultus moresque ad omnem humanitatem informarentur, itemque praestantissimis institutis et artibus privatim, et publice Civitates exornarentur. Hinc dirae religiones de homicidis, hinc hospitiorum iura et sanctitas, hinc alia id genus sexcenta ad hominum audaciam continendam, humanitatemque provehendam comparata. Quare praeclare quidem Cicero de septem illis, quos antiqnitas vocavit sapientes ait: *Hi omnes praeter Milesium Thalen civitatibus suis praefuerunt.* De Orat. III. 34. At enim Dicaearchus apud Laërtium 1. 40. falso contendere videtur istos *ουτε σοφους, ουτε φιλοσοφους γεγονεναι, συνετους δε τινας, και νομοθετικους, neque sapientes, neque philosophos fuisse, sed prudentes quosdam viros, et legum latores* » perinde ac si philosophi ii tantum sint et habendi et dicendi, qui abstractis scientiis per concepta systemata operam navant, eademque frequentibus auditoribus, aut lectoribus venditant, non in universum omnes, quicumque aut privatis meditationibus, aut diuturna experientia edocti, humanas res, humanasque societates sapientibus institutis, et consiliis regere, hominesque ipsos ad melioris vitae conditionem perducere conantur.

Quod si aliter se res haberet quidnam foret tam decantata illa priscorum Aegyptiorum sapientia? quid mira illa augustissimi Romani Senatus, prudentia, quae sola totius Orbis terrarum et gentes, et populos perdomuisse dicitur, et subiecisse? Quid forent innumeri illi magistratus, et imperatores, qui exquisitissimis quibusque belli pacisque artibus res populi romani ad tantum magnitudinis fastigium provexerunt? quibus certe Cicero amplissimam sapientiae laudem non tribuisset. Nec nos quidem Solonem habebimus philosophum, qui inter sapientes recensetur, sapientiae vero laudem denegabimus Lycurgo, Romanis Decemviris, Aegyptiis sacerdotibus, atque Hetruscis, qui potentissimas olim in terris condiderunt gentes, et legibus aptissimis easdem auxerunt. Quare multo melius Plutarchus, qui Mnesiphilum Themistoclis familiarem

idcirco appellat philosophum, quod in illius philosophiae studium incubuerit, quae tota versatur in Republica streune, prudenterque administranda. Την καλουμενην σοφιαν, ουσαν δε δεινοτητα πολιτικην, και δραστηριον συνεσιν » *sapientiam, quae consistit in vi quadum politica, et in agendi prudentia.* v. Them. Et quidem cum Plutarcho consentit idem Cicero, qui de Peripateticis, atque Academicis philosophis haec habet: *Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex particula quadam Urbis, aut loci nomen habent, et Peripatetici, aut Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi adpellati universarum rerum publicarum nomine vocabantur.* De Orat. III. 28.

Enimvero prisci phisolophi (pressius sic vocati) illam philosophiae partem, quae mores spectat, in primis coluerunt, eamque ad rerum publicarum regimen retulerunt, quod de Solone speciatim, in universum autem de omnibus praedicavit Plutarchus. Φιλοσοφιας δε του ηθικου μαλιστα το πολιτικον, ὡσπερ οἱ πλειστοι των τοτι σοφων, ηγαπησεν » *philosophiae ethicae, quae ad civilem administrationem refertur, ut maior pars tunc temporis philosophorum, operam dedit.* Quam sententiam tueri placet et contra Platonem, qui stat contra ceteros contendens veteres philosophos a Thalete ad Anaxagoram a publicis negotiis constanter abhorruisse. *Hipp: mai:* cui quodammodo adstipulari videtur Cicero, qui fere eius verba in latinum trausferens scribit: *Eadem autem alii prudentia, sed consilio ad vitae studia dispari quietem, atque otium sequuti sunt, ut Pythagoras, Democritus, Anaxagoras a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt.* De Orat. II. Et quidem id do Democrito atque Anaxagora, ut de aliis quam pluribus verum est, de Pythagora non prorsus item, ut infra disputabitur.

At quum sequioribus aetatibus populorum utilitati, solidaeque gloriae successit vana quaedam laudis cupiditas; nec non patriae et societatis humanae commoda suae cuiusque famae locum concesserunt, tum profecto apud philosophos in universum obtinuit mos, ut quisque suam conderet πολιτειαν, suo arbitrio fingeret, scholaeque suae principiis atque indoli, animique παθημασιν accommodaret. Quo maxime dixerim a superioribus, et vetustioribus philosophis posteriores discrepasse; quia illi ad publicam, privatamque utilitatem unice animum intendentes, in rebus publicis prudenter administrandis maiorem gloriam quaesiverunt; hi privatam tantum laudem, privatamque utilitatem a suis discipulis sibi conciliare studuerunt: illi populorum et gentium mores aptis legibus, atque institutis condiderunt, hi vanis quaestionibus, aliaque κενολογια saepe corruperunt. Illorum ultimos dixerim Pythagoreos, in horum autem numero ordinem duxisse videntur Aristoteles, et Plato; quorum alter suo exemplo maxime praeivit caeteris, ut quae quisque vana somniaret, in suam πολιτειαν etiam vaniorem inveheret. Quod dictum volo in primis de Peripateticis, atque Academicis qui *eum locum, qui civilis recte adpellari* videtur, Graece πολιτικος, graviter, et copiose tractarunt, ut ait, Cic. *de Fin.* IV 2: nec minus de Cynicis, et Stoicis, quorum plura dogmata improbata fuere, etsi de illis scripserit Seneca: *Scio male audire apud imperitos Sectam Stoicorum, tanquam nimis duram, et minime principibus, regibusque daturam bonum consilium. Sed nulla Secta benignior est, nulla amantior hominum, et communibus bonis attentior, ut cui propositum sit usui esse, aut auxilio, nec sibi tantum, sed universis singulisque consulere.* De Clement. V. II.

De Pythagora celebre est illud effatum apud Stobaeum νομῳ τε βοηθειν, και ανομιᾳ πολεμειν, Serm. 41 quibus verbis fere respondet dogma a Iamblicho traditum de illius πολιτειᾳ, his verbis conceptum: Τυραννιδας δε καταλυων, και

πολιτειας συγκεχυμενας διαταττων, ut *tyrannides everteret, et perturbatas Respublicas ordinaret.* Quod consilium nec omnino innoxium iudicamus, quamvis id insinuet cl. Meiners hist. des scienc. dans la Grec. lib. III c. 3 nec pro celebrata illa philosophi sapientia, et prudentia absolutum, et perfectum. Cui enim non iniiciet quid suspicionis *casticum* illud, et cryptieum procerum ex singulis civitatibus collegium tam severis legibus a caeterorum consortio remotum? insolens illa, et a Graecorum populorum indole prorsus abhorrens docendi ratio? obstinatum illud et diuturnum silentium, quo dogmata quasi certis hieroglyphicis formulis concepta tegebantur? et a propbanorum, ut ita dicam, oculis, nedum auribus, atque mente prohibebantur. Quae omnia, mea quidem sententia, evineere videntur non magis ad populorum felicitatem, quam ad imperium sibi parandum (aliqua saltem in parte) philosophiam Pythagoricam esse comparatam. Atque id ipsum mibi persuadeo fuisse caussae, cur brevi tam infenso odio et magister et discipuli undique impeterentur, ut nuspiam in tota magna Graecia ne hospitio quidem exciperentur. Quare veri simile etiam fit, quod traditur respondisse Locrenses philosopho ad illos confugienti, *se usque tum non poenituisse suae reipublicae.* Sed age iam accedamus propius ad rem nostram.

Philodemi opus, cuius fragmenta nunc primum edimus, titulum exhibet περι των Φιλοσοφων, *de Philosophis.* Nos vero coniectando tenemus id ipsum esse opus, quod sub titulo περι της των Φιλοσοφων συνταξεως memoratur a Laërtio, cuius iuvat ipsa verba proferre. Συνεφιλοσοφουν δε αυτω προτρεψαμενω και οἱ αδελφοι τρεις οντες Νεοκλης, Χαιρεδημος, Αριστοβουλος, καθα φησι Φιλοδημος ὁ Επικουρειος εν τω δεκατω της των Φιλοσοφων συνταξεως. *Eius hortatu philosophati sunt cum ipso tres fratres eius Neocles, Chaeredemus, et Aristobulus, ut ait Philodemus in libro X de Philosophorum* συνταξει. X 3. Et primum quidem inquirendum se offert, quid sibi velit vox συνταξις. Est inter Demosthenicas oratio, cui titulus περι συνταξεως, de cuius vi, et significatione interpretes abiere in diversas sententias. Et quidem alii interpretantur *vectigalia*, illo enim nomine post profligatum Xerxem vocarunt Graeci pecuniam ab Graecis populis collatam ad communem defensionem; quam sententiam aliquo modo sequitur et ipse Cl. Reischius scribens: *Hic loci* συνταξις *accipitur pro pecuniaria contributione, sive censu collaticio.* Sed nobilem Oratoris σκοπον non est assequutus Cl. vir; nam in illa oratione Demosthenes non tam de pecuniaria distributione verba facit, quam de ratione, qua quisque civis, vel magistratus, qui collatitiam illam pecuniam accipit, operam suam conferre debet, quasi symbolam in Rempublicam. Quare melius intellexit Wolfius, et qui eum sequutus est Cl. Angerus, censentes ibi συνταξιν non esse aliud, quam *Reipublicae ordinationem;* quod quidem nolim in universum intelligatur, sed pro ea tantum parte, quam pro Reipubl. bono quisque debet conferre. Primo igitur intuitu res perinde se habere videtur quoad titulum operis Philodemi, quem ex Laërtio restituendum proponimus: Περι της των Φιλοσοφων συνταξεως, quia in eodem exponit Philodemus qua ratione Philosophi in primis Cynici, et Stoici suas resp. ordinandas censuerint. Sed accuratius, et diligentius rem perpendenti visum est h. l. v. συνταξις tribuendam esse significationem *vectigalis*, et *tributi*, ut opus totum complectatur recensionem eorum, quae illustrissimi quique Philosophi in philosophicarum scientiarum incrementum contulerunt. Et nos pro certo habemus in superioribus huius operis libris omnia recensuisse singulorum philosophorum sive inventa, sive placita, debitamque singulis laudem tribuisse ob ea, quae erant laudanda, vituperatione rursus reprehendisse, quae erant repudianda. Nec vero videtur difficile etiam coniectari

qui fuerit ordine liber iste, quem proferimus; vel enim extremum, vel extremo proximum fuisse statuimus sic nostras rationes ineuntes.

Nulli dubium, quin veteres Philosophi totam ferme rerum universitatem fuerint complexi, eamque in partes quasdam, sive classes tribuerint, quas Aristoteles primus adpellavit *κατηγοριας*. Vnusquisque autem in hoc scientiarum circulo absolvendo sequebatur rationem quamdam certam, methodumque, ut ordinem ducerent res *logicae*, succederent *physicae* latiore sensu acceptae, extremum denique locum exciperent *ethicae*. Prior ethicarum scientiarum pars erat de virtutibus, et vitiis tum *εν θεωρια* tum *εν πραξει*, ad eamque pertinere putamus libros, quos editos invenies in III tom. horum herculanensium voluminum: posterior erat de officiis, in qua agebatur de fine, de legibus, de matrimonio, de puerorum institutione, de *πολιτεια*, quae ipsa ab nostro in his fragmentis attinguntur. Quae nostra conjectura maiorem vim adquirere videtur, ubi quis animum convertat ad ordinem, quem ipse Epicurus in philosophicis tractandis sequutus suis discipulis tradidit, qui teste Laërtio comprehendebat *το κανονικον, και φυσικον, και ηθικον*. lib. X. Atque hic obiter animadversum volumus *το κανονικον* esse partem logicam, quam nonnulli falso commenti sunt Epicurum vel sprevisse, vel nihili fecisse, quum aliunde certum, atque exploratum sit eumdem a multiplicibus quidem, et plerumque inutilibus dialecticae regulis abhorruisse, non ab ipsa facultate, et scientia, ut patebit ex nota ad v. 5. Col. XVII. Id satis dictum sit de Philodemi opere sive *περι των φιλοσοφων*, sive *περι της των φιλοσοφων συνταξεων*, ut ipsi proposuimus. Age iam videamus quidnam contineant operis eiusdem fragmenta, quae exhibemus.

Col. I. Prorsus deperdita est, vix enim supersunt pauca literarum elementa.

In II. Columna agere videtur noster de voluptate a quibusdam considerata ut fine, atque idcirco vehementius expetita. Rem perstrinxit et Plutarchus scribens: *Δικαιοσυνην αναιρουσιν οἱ τελος ὑποτιθεμενοι την ἡδονην· Οἱ δε μονον αγαθον ειναι λεγοντες ουκ αναιρουσιν* n *Iustitiam e medio tollunt, qui extremum statuunt voluptatem, qui vero ajunt tantummodo bonum esse, isti non item.* L. c. Rem arguimus ex narratione, quae sola superfuit de philosopho quodam a Phalannaeis, et Messeniis expulso, quia nimis studiose voluptati indulgens sua sive doctrina, sive exemplo civitati nociturus videbatur.

Col. III. et IV. Statuit Zenonis, et fortasse etiam Diogenis aetatem: quare ex re nata attingit nonnullas res Demetrii, atque Antigoni in Athenienses gestas. Usque ad id temporis omnes ferme sequuti sunt sententiam eorum, qui numerarunt annos XCVIII. vitae Zenonis (qui cum Antigono Gonata usus est summa familiaritate) etiam contra Persaeum, qui vix illos evehit ad LXXII. etsi eius auctoritas gravis in hac re esset habenda, quippe qui cum Zenone vixit. Ex Philodemo nunc primum discimus fuisse, qui scripserit Stoicorum principem vitam duxisse usque ad an. CI. quam sententiam auctor non solum ex Stoicorum philosophorum successione confirmare videtur, sed etiam ex anno Archontatus Arrhenidis, sub quo demortuo philosopho fuit decreta corona, et locus sepolturae, si recto stat talo nostrum supplementum. Denique ex paucis verbis col. V. adparet ad Zenonis aetatem stabiliendam uti plurimum et successione Cleanthis, et chronologia Regum Macedonum: en illa ut videntur posse legi *Παρα τον Ασιον* (Cleanthem qui erat Asius) *ειθ' ὑστερον προς τους Βασιλεις* (mendose legitur *τους Βα. ιλ. ευις* (*Μακιδονων.*)

Col. VI. VII. Tum Diogenis tum Zenoni *πολιτειαν* examinare videtur, et *illas* inter se comparare, quantum coniectura assequi datum est ex paucis versibus Col. VI. Etenim hanc columnam desperatam potes iam conclamare; ex

ea enim vix elici potest testimonium Hieronymi atque Euphanti O' μεν Ιερωνυμος τι μαρτυρει, και Νικομηδευς Ευφαντος. In VII. vero obiicitur Diogeni difficultatem quamdam de industria inferre ad placita sua politica tenebris involvenda. Sed huiusmodi indicium diluit Noster extremis versibus eiusdem columnae dicens: *non esse quidem hanc indolem* πολιτειας *Diogenis*, sed alterius cuiusdam.

Col. VIII, et IX. Postquam in praecedentibus columnis De Zenone, et Diogene, verba fecit, gradum facit ad exponenda in universum Cynicorum philosophorum dogmata, quae nefanda deprehendit, quippe quae pudorem simul, et pietatem evertunt. Permittitur enim, vel potius praecipitur ab his philosophis vaga venus, et idcirco pro arbitrio divortium, usus promiscuus vestium viris, et foeminis, communia, et promiscua utrique sexui corporis exercitia, mascula venus, et alia id genus nefanda flagitia.

Col. X. Abominatur bonus noster μισανθρωπιαν scelestorum Cynicorum, eorumque placitum de puerorum expositione, quod prono alveo fluit ex vaga venere, et promiscua, quam superiore columna memoravit. Concludit Diogenem nihil iustum proposuisse, rempublicam omnibus iniuriis affecisse, et quod maxime indignum est, omnem honestatem, et pulcritudinem ex vita substulisse.

Col. XI. Ad Zenonem, eiusque Rempublicam examinandam transiens primo in limine statuit et Cynicos et Stoicos ex Socratica disciplina esse profectos: stoicam doctrinam maximum incrementum sumpsisse a Zenone, eumdemque a Stoicis omnibus principem, et choryphaeum haberi: suum denique de illo iudicium exponit.

Col. XII. Probat Stoicos philosophos non omnino a suo Corypheo dissentire, nec eum sequi ob unam fuis inventionem, quum aeque probent reliqua eius placita, ne αμηχανοις quidem exceptis. Hinc proponit iudicium de eius successore, quem ex coniectura statuimus esse Cleanthem; idque ea potissimum ratione fecimus, quod unice Cleanthis indoli quadrat, quod de eo proponit Philodemus. Quod si ipse eidem tribuit sententiam, quam Plutarchus Chrysippo obiicit, nempe *peccata non esse culpanda*, id ipsum evincit Chrysippum, qui omnes aliorum libros compilabat, et hoc dogma ex modesto Cleanthe hausisse.

Col. XIII. Refellit opinionem Stoicorum, qui sentiebant nunquam in Republica ab ipsis peccari. Ni vero omnino fallimur, διαμηρισμους Zenonis in primis insectatur, et corruptos Diogenis mores pluribus Stoicis affigit.

Col. XIV. Gradum facit ad illam Reipublicae partem, quae tota innititur prudentia, ac iustitia. Hinc attingit dogma de armorum inutilitate, eorumque usu ex Civitate tollendo. Namque id praestat, quam graves poenas in crimina ab eorum abusu manantia sancire. Huius porro dogmatis auctorem praedicat Diogenem in Oedipo, atque Achille, si aliquo fundamento innititur nostra et coniectura, et supplementum. Obiter vero animadvertimus praetulisse Achillem, et Oedipum, quam Chrysippum; etenim ad armorum inutilitatem, atque ανθρωποθαρσιαν probandam quid opportunius esse potest, quam mors Laio ab Oedipo inlata, et insolens contumacia Achillis in Agamemnonem? Sed meris coniecturis non ultra immoramur, quis enim sit tam superbus, aut stultus, qui sibi persuadeat semper ad σκοπον collineare sua supplementa?


Col. XV, XVI, XVII. Refellit opinionem eorum, qui errata in incerti cuiusdam Republica iuvenili aetati adscribenda existimant, adeoque veniam ei dandam; ut Epicuro ob illa quae in logicis peccavit. Respondet philosophum, qui reverentiam sibi conciliare velit, debere abhorrere ab perniciosis et sermonibus, et actionibus, nec eumdem poenitere emendare, et corrigere, quae prius peccavit.

Col. XVIII. Persequens idem argumentum proponit plures caussas, cur improbanda sit Stoicorum doctrina de Republica, maxime habita ratione temporum, et locorum.

Col. XIX. et XX. Proponit segregandas in bene ordinata Republica mulieres castitate, ac pietate insignes ab impudentibus.


Quid vero novorum verborum, aut operum antea ignotorum per hanc papyrum innotuerit, notae suis quaeque indicabunt locis; quare non te amplius distinebimus. Vale.

φιλοδημου π των φιλοσοφων



Car. Malesci del.	Fer. Ventrella inc.

φιλοδημου π των φιλοσοφων



Gio. Casanova dis. Giu. Casanova inc.

COLUMNA II.

. δοξας ανοσιωτατας ἐπιτελειν πραξεις, και διψην ἡδονην ὑπο Φαλανναιων, και Μεσσηνιων εκβεβλησθαι ποτε φησιν Ευβουλειδης· ἁμα δε δια το ζηλουν γε περι της ἡδονης αισχρα διδασκειν οιομενον τον Επικουρον. Και κατεσχε δια μακρου χρονου τοιαυτα τα ψηφισματα. . . . .

quum videretur impias perficere actiones, et vehementi studio voluptati inhiare, a Phalannaeis, et Messeniis aliquando eiectum fuisse affirmat Eubulides: itemque, quia nimia cura imitabatur Epicurum, qui turpia de voluptate docere ferebatur. Et quidem diu locum obtinuerunt huiusmodi decreta......


V. 2. Διωκειν poscere videbatur sententia, quod verbum libentissime usurpavissemus tum auctoritate Aristotelis, qui Ethic. VII aptissime ad rem nostram scribit. Ουδ' ἡδονην διωκουσι παντες την αυτην, ἡδονη μεν τοι παντες, *non omnes quidem eamdem quaerunt voluptatem, at omnes voluptatem*, tum ipsius Philodemi, qui in de Rhetorica Col. XXVII habet: Φασι την αρετην διωκειν *ajunt se sectari virtutem.* Hercul. vol. V. p. 47. Sed quum obstet spatium, reposuimus διψην, quod verbum aequipollere visum est. Athenaeus ait Alcaeum, et Philiscum Roma expulsos δι' ας εισηγουντο ἡδονας, quae verba conferas cum ἡδονης διδασκαλον nostri Philodemi, et Sexti Empirici. V. infra n. ad v. 4.

V. 3. Duplicem Phalannam memorat Stephanus περι Πολ. alteram in Perrhaebia, quam Hecataeus vocat Hippiam, alteram Cretensem, patriam ipsam Peripatetici Phaniadis. Φαλαννα πολις Περραιβιας απο Φαλαννης της Τυρου θυγατρος. Λυκοφρων· Γονον, Φαλαννην, ηδ' ολοσσονων γυας. 'Εκαταιος Ιστοριων α̅ 'Ιππιαν αυτην καλει, και 'Εφορος Φαλαννον αυτην καλει εν τῳ θ. Εστι και ἑτερα Κρητης, αφ' ἡς ην Φανιαδης ὁ περιπατητικος. Ο' πολιτης Φαλανναιος. Quamnam respexerit noster Thessalam, an Cretensem, in tanta rei obscuritate quis dixerit? Si tamen verum est, quod idem Stephanus subdit Phalannae Cretensis civem dici Φαλανναια, patebit rem referendam ad priorem. De Thessala Livius: *Diruto magna ex parte, et incenso oppido profectus* (Consul) *ad Phalannam castra movit; inde postero die ad Gyrtonem pervenit.* Dec. V lib. 2. c. 54. Adde Strabonem lib. IX. et Eustathium ad Hom. Iliad. β.

V. 4. Quis iste philosophus a Phalannaeis, ac Messeniis expulsus? Num ipse Phaniades a Stephano memoratus? At fortasse non tacuisset auctor hunc casum vitae philosophi. Num Evhemerus? cui sive Messenio ex Peloponneso, sive ex Messana, quod alii contendunt, nomen Αθεος adhaesit. At satis constat non quidem ex pravia suis moribus, sed ex religioso Deorum systemate αθεον adpellatum. Num impius ille, et scelestus Damis? de quo mentio est apud Lucianum Iupit. tragoed. et dial. meretr. 27 7. Neque de eo adfirmare ausim, etsi ἱεροσυλος, καταρατος, επιτριπτος apud eumdem Lucianum audiat, Corinthium enim fuisse adparet, Corinthique decessisse. Si veterum scriptorum vestigiis inhaerere licet Epicureum iure dicemus, quicumque iste fuerit. Ecce sexti Empirici verba: Επειτα ει και εξεβαλον τινες των πολεων Φιλοσοφιαν, ου κατα γενος πασαν εξεβαλον, αλλα τινας αιρεσεις, οιον την επικουρειον, ὡς ἡδονης διδασκαλον. *Deinde si philosophiam quaedam eiecerunt civitates, non universam in genere eiecerunt, sed quasdam haereses, ut Epicuream, quippe quae esset voluptatis magistra.* De rhet: lib. 11. Accedit Athenaeus propius ad rem nostram scribens: 'Ομοιως δε και Μεσσηνιοι κατα ψηφισμα εξωσαν τους Επικουρειους: *Itemque Messenii decreto Epicureos expulerunt.* Quicumque autem fuerit, profecto patet non probatam Epicureo nostro, nec illis qui eiecerunt, suam vitae, aut doctrinae rationem; sive Epicureum dixeris, sive Aristippi discipulum, sive Cynicum, cuius scholae placita, et opiniones hoc loco in primis spectare videtur Philodemus.

V. 5. Eubulides ex conjectura; ipse enim et Diogenis Cynici, et aliorum philosophorum res descripsisse fertur apud Laert. 11 41 et VI 1. Vestigia vero literarum non omnino reiiciunt hanc vocem.

V. 9. Quaenam isthaec ψηφισματα? Non dixerim Epicureorum, sive Cynicorum placita, sed ipsa Phalannaeorum, et Messeniorum decreta, quibus huiusmodi philosophi exilio multabantur, ut innuere videntur supra allata Athenaei verba.



Gio. Casanova dis   Giu. Casanova inc.

COLUMNA III.

Αθηναιοι προς τον Μακεδονα, ο και τας επαχθεισας επ' αυτου τη πολει διακονιας επιτεσονται · Απολλοδωρος δε το καταδεδησθαι φησι την πολιν, και υπ' αυτου ηδη προκριθεντας φρουραν και εις το Μουσειον επεισηχθαι · υπ' Αντιγονου δε τας Αρχας πεταχθαι τε, και παν εν Βουλευτικω τεθεισθαι. Δηλον ουν ως συμμαχους εκαλεσεν αν προσεδρους, ιν' ουδε βουλομενοι περι των κοινη συμφεροντων τη Ελλαδι, και παντ' αγχι ' εμποιουμενοι βουλευσωνται.

Athenienses ad Macedonem, qui et consilia in Civitatem invecta seorsim adoptavit. Apollodorus autem ait Urbem quidem ab ipso fuisse illigatam, et praesidium in Musaeo quoque collocatum, ubi res suas restauravit; ab Antigono vero Magistratus creatos, atque omnia ad Senatum delata fuisse. Patet igitur, quod assessores ex sociis ad se vocaverit, ut ipsi sponte de communibus Graeciae commodis, atque utilitatibus consulerent bona omnia provocantes. ..


V. 1. Facile adparet quis sit iste Macedo. Certe quidem Antigonus, vel eius filius Demetrius, cuius tot tantaque in Athenienses fuere merita, et tantae vicissim eorundem in ipsum iniuriae. At quorsum haec? omnia, puto, referuntur ad Zenonis aetatem confirmandam.

V. 6. Προαιρειν est *progredi*, et *proferre*; fortasse nemo improbabit nostram interpretationem, si supplementum nostrum conferet cum verbis Demosthenis Olynth. 11. Δια τουτων ηρθη μεγας, *per haec protulit se magnum*, sive *crevit magnus*. Versionem vero aptavimus vicibus variis vitae Demetrii.

V. 7. Rem narrat prae caeteris Plutarchus V. Dem. Γνωμην εγραψε (Democlides) τω βασιλει τον Πειραια παραδοθηναι, και την Μουνυχιαν· Επιψηφισθεντων δε τουτων ὁ Δημητριος αυτος εφ' ἑαυτου προσενεβαλε φρουραν εις το Μουσειον, ὡς μη παλιν αναχαιτισαντα τον Δημον ασχολιας αυτω πραγματων ἑτερων παρασχειν » *Legem tulit, ut (Demetrio) Regi Piraeus, et Munychia traderentur: hac perlata Demetrius per se collocavit praesidium in Musaeo quoque, ne, si iterum a se populus descrivisset, ab aliis occupationibus distinerent se.* Hinc desumpsimus v. καταδιδεσθαι nostri supplementi, quam si revera usurpavit Philodemus, mendose scriptam a librario adparet, nisi malimus dicere utraque forma prolatum fuisse praet. perf. per ε scilicet, et per η. ut evincere videtur διαδημα.

V. 10. Eadem ratione apud Synesium: Ὁτι το Βουλευτικον τε, και στρατιωτικον ωνιον ειναι Θητικον, *quia videbat et Senatum* (consilium) *et militiam mercenariis constare.*

V. 11. Et hunc locum mirifice illustrat idem Plutarchus, ex cuius verbis et rerum nexus, et supplementi ratio patebit. Αντιγονος δε παραγενομενων προς αυτον Αθηνηθεν πρεσβευτων, και το τε περι των τιμων αναδοντων ψηφισμα, και περι σιτου, και ξυλου εις ναυπηγιαν διαλεχθεντων, εδωκεν αυτοις πυρου μεν μεδιμνων πεντεκαιδεκα μυριαδας. ὑλην δε την ἱκανην ναυσιν ἑκατον. Εξ Ιμβρου δε την φρουραν εξηγαγων απεδωκεν αυτοις την πολιν. Προς δε τον ὑιον Δημητριον εγραψε κελευων των μεν συμμαχιδων πολεων συνεδρους συστησασθαι τους Βουλευσομενους κοινη περι των τη ἑλλαδι συμφεροντων » *Antigonus porro quum Atheniensium legati ad ipsum profecti scitum de decretis honoribus exhibuissent, et simul frumenta lignisque ad structuram navium egere publice dixissent, centum quinquaginta millia medimnorum frumenti, et quantum materiae satis esset ad centum naves populo largitus est. Tum ex Imbro praesidio deducto Urbem civibus restituit: scriptis inde literis ad filium Demetrium mandavit, ut Senatum e sociis civitatibus constitueret, qui communi Graeciae utilitati consuleret.* l. c.



ΤΗΝ
ΤΟϹΚΛΕΑΝ   ΚΑΙ
ΠΑΥΤΟΥΤΟΥΙ   ΟΦΩϹΗ
ΑΥΤΟΝ ΕΝΕΝ
ΓΕΤΟΝΟΤΑΚ   ΕΙ
ΡΙΕΧΟΥϹΙ ΤΑ   ΙΑΝΤΙΦΩΝ
ΕΠΙϹΤΟΛΗΛΕΙ ΕΤΑΙΓΙΝΕϹ
Κ ϹΟΖΗΝΩΝ   ΙϹΕ
ΑΤΩΝ Ρ̄ ΚΑΙ Ā ΕΤΩΝ Α
ΚΛΕΑΝ ΟΥΓΑ   ΕΠ
ΔΗΝ ΕΦΟΥϹΥϹ   ΑΤΑ
ΤΕΛΕ   ΚΕΝΚ   ΗΝΟΙΚΑΡΗ
ΕϹΤΙΝΟ ΙΥ   ΠΡΑΓΜΑΤ
ΚΑΙΜ ΤΑ   ΝΟϹ

COL. IV

Casanova del.   *L. Corazza inc.*

COLUMNA IV.

. . . ηδη διδαξαντος Κλεανθου, ὡς γε δοκω, και επ' αυτου· τουνεκα σοφως ηξιου αυτον ενενηκοντα οκτω ετη γεγονοτα καταλυσειν. Εν τη περιεχουση κατα του Αντιφωνος επιστολη λεγεται γενεσθαι στωικος ὁ Ζηνων αχρις εγγιστα των ρ, και α ετων· απο Κλεανθου γαρ επι Αρρενιδην, εφ' ού ευσταλως κατατετελευτηκεν. . . . .

quum eiusdem aetate Cleanthes, ut quidem videtur, iam edoceret. Idcirco scite admodum censuit eumdem (Zenonem) nonagesimo octavo aetatis anno decessisse. In epistola, quae contra Antiphonem hac de re circumfertur, scriptum est Stoicum Zenonem proxime adcessisse ad annum centesimum primum; a Cleanthe enim ad usque Arrhenidem, quo (Archonte) expedite mortuus est . . . .

V. 4. Variae fuere veterum Scriptorum sententiae de annis vitae Zenonis Stoicae sectae principis. Laërtius hunc ipsum annorum numerum ei tribuit: *Οκτω γαρ προς τοις ενενηκοντα βιους ετη κατεστρεψεν » octo enim, et nonaginta annos natus mortuus est.* lib. VII 28. Cum eo omnino consentit Lucianus Macrob. 19. Dissentit Persaeus, qui anno septuagesimo secundo illum obiisse tradit; quod si verum esset, falsa utique foret Zenonis ad Antigonum epistola. Persaei sententiam refutavit Stanleius, et plerique omnes exploserunt.


V. 5 seq. Locum aperte corruptum legendum putavimus, et interpretandum, ut in nostro textu, et versione. Caeterum parum huius medicinae contenti rem integram relinquimus doctioribus.

V. 6. Porphyrius in vita Pythagorae iniicit mentionem de Antiphone his verbis. *Αντιφων δε εν τω περι Βιου των επ' αρετη πρωτευσαντων και την καρτεριαν αυτου την εν Αιγυπτω διηγειται, Antiphon vero in vita eorum, qui virtute excelluerunt, eius fortitudinem in Aegypto memorat.* Totidem verbis titulus operis Antiphoniani ex Laertio affertur. Secundus liber citatur et apud Harpocrationem δευτερον Αντιφωντος. Quicumque autem fuerit auctor huius in Antiphonem epistolae, quod penitus est mihi incompertum, certe quantivis pretii est, ab ea enim discimus alios numerasse CI. annos vitae Zenonis. Hanc autem opinionem demonstrare videtur, non quidem noster, ut mihi persuadeo, sed ipse opinionis eiusdem auctor rationes supputans a Cleanthe ad Archontem Arrhenidem, cuius in magistratu obiisse supremum diem videtur Zeno, uti adparet ex decreto apud Laertium, ex quo aurea corona illi proclamatur, et sepulturae locus in Ceramico datur.

V. 8. Αχρις εγγυιτα durum videri poterit; sed non raro cum adverbiis coniunctum inveniri αχρις iam animadvertit Hoogeven. Est enim apud Theophrast. π. δυσχερ. *Αχρις επιπολυ των πλευρων usque ad magnam partem laterum*, et apud Lucian. 11 p. 409 αχρι πορρω.


V. 10. Ex eo quod superius a nobis disputatum est, facile erit intelligere cur Αρ'ρενιδην reposuimus. Et primo quidem praetulimus Φιλωνιδην, inter illustres enim Zenonis discipulos invenimus et thebanum Philonidem illum ipsum, quem Laertius tradit a Zenone missum ad Antigonum cum Persaeo. Sed re melius perpensa visum est reiiciendum Philonidem, ex quo nihil certi statui potest, habita ratione praesentis conditionis nostrarum de suis rebus cognitionum.

V. 12. Ευσταλως requirere videbatur genus mortis promtum et expeditum a Zenone delectum; est enim apud Laert. παραχρημα ετελευτησεν αποπνιξας ἑαυτον, *cumque se suffocasset, illico mortem occubuit* lib. VII. Non vero refragabor, si malis legere ευσθενης habita ratione verborum eiusdem Laert. Ibid. ανοσος, και ὑγιης διατελεσας: *qum sine ullo morbo, sanusque decessisset.*




COL. V

Car. Malesci del. Vin. Corazza inc.



Gen. Casanova dis. — *Giu. Casanova inc*

84


ΚΩΙΤΑ ΔΙΑΤΩΝΚΑΤΑ
ΟΛΙΤΕΙΑΝΑΙ ΡΩΝΚΑΙΑΝ
ΩΝ ΩϹΑΡΕϹΚΟΝΤΑΚΑΤΑΧΩ
ΖΕΙ ΚΑΙΑΝΤΙΠΑΤ ΟϹΕΝΤΩ
ΚΑΤΑΤΩΝΑΙΡΕϹΕΩΝΤΗϹΤΕΤΟΥ
ΖΗΝΩΝΟ ΜΙΜΝΗϹΚΕΤΑΙΤΤΟΛΙ
ΤΕΙΑϹΚΑ ΗϹΤΟΥΔΙΟΓΕΝΟΥϹΑ
ΞΗϹΗΝΚΑ ΕΧΩΡΙϹΕΝΕΝΤΗΠΟ
ΛΙΤΕΙΑΙΤ ϹΑΠΑΘΙΑϹΚΑΤΑΠΛΗ
ΝΟΜΕΝΟϹΑΥΤ ΑΙ
ΤΙΝΕϹΑΛΛΟΥΚ Τ ΗΠΟΛΙΤ
ΤΟΥϹΙ ΠΕΩϹ ΑΛΛΕΤΕ
ΙΟϹΚ ΝΓ ΡΤΙϹΟΥΔΙΟΓΕ
ΟΤΟ ϹΑϹ ΩΝ
Υ ΝΕ
ΧΟΥ
ΑΙ Ρ ΕΤ ΕΙΠΑ
ΝΟΥϹ ΚΑ ΙΛΕ ΤΗΝ
ΕΝΕΧΕΙΝ ΙΠΑΙ ΑΜ
ΑΙ ΙΑΤΕΤΗϹ ΕΜ
ΜΑΤ ΚΑΙΤΗϹ ΚΕϹΘΑ
ΑΙ ΚΟϹ
ΝΔΙΟΓΕΝΗ ΟΥ
Ν ΑΛΛ

COL. VII.

Gio. Casanova dis. Giu. Casanova inc

COLUMNA VII.

. . . ταυτα δια των κατα την πολιτειαν απορων, και ακυστων, ὡς αρισκοντα καταχωριζει. Και Αντιπατρος εν τῳ κατα των ἀιρεσιων της τε του Ζηνωνος μεμνησκεται πολιτειας, και της του Διογενους δοξης, ἡν κατεχωρισεν εν τη πολιτειᾳ της απαθειας καταπληθομενος αυτου, ὡσπερ και φασι τινες. Αλλ' ουκ εστιν ἡ πολιτεια του Σινωπεως ταυ, αλλ' ἑτερου τινος. Κακον γαρ τις ου Διογενην . . . . Νυν δε περι των

isthaec per difficilia, atque ardua ad Politiam spectantia veluti sua placita inserit. Et Antipater in libro contra Sectas tum de Zenonis politia iniicit mentionem, tum de sententia Diogenis, quam in Republica constituit plenus sua ipsius απαθειᾳ, ut aiunt nonnulli. Sed non est ista Sinopensis Respublica, sed alterius cuiusvis; malum enim quis non Diogenem (diceret) . . . . Nunc vero de

V. 1. Si primum verbum legendum est *οικω*, facile dixeris sive Zenonem, sive Diogenem, quae ad familiam pertinent per difficilia politicae scientiae principia pertractasse, iisdemque fundamentis et reipublicae, et familiae administrationem condidisse.

V. 4. Debemus nostro titulum operis Antipatri, quod nunc primum prodit in lucem, nempe *κατα των αἱρεσεων*. Nullus autem dubito quin Antipater iste sit Tarsensis Panaetii praeceptor, cuius fuit etiam liber *περι της Κλεανθους, και Χρυσιππου διαφορας*, *de differentia Cleanthis, et Chrysippi* V. Cic. de Offic. III 12 qui insuper nonnulla tradidisse docet de officiis contra Diogenem. Ibid. et 13, et 23.


V. 6. Praeter Laertium, Plutarchum, Sextum Empiricum, aliosque meminit Zenonis *πολιτειας* et Athenaeus, qui inde transfert haec verba: (*Amorem Deum esse*), *et Civitatum salutis adiutorem* » *συνεργον ὑπαρχοντα προς την της πολεως σωτηριαν*.

V. 8. Nota defectus *ι* in articulo *τη*, ut in *επιστολη* col. V v. 7.

V. 9. *Απαθιας* habet *απογραφον* pró *απαθειας*. Freqnentis etiam in papyris huiusmodi sphalmata, ut pluries et a nobis, et ab aliis fuit observatum. Noli vero mirari si ad Cynicam potius, quam ad Stoicam philosophiam *απαθειαν* referat noster, quae est ille hominis status, in quo omnes animi perturbationes sublatae, et penitus deletae silent. V. in primis Senecam Epist. ad Lucil. et Petersen. Philos. Chrysip. fund. p. 308, in hoc enim cum Laërtio conspirat Philodemus. Ille enim haec habet in Antisthene: *Ουτος ἡγησατο και της Διογενους απαθειας, και της Κρατητος εγκρατειας, και της Ζηνωνος καρτεριας* » *Is* (Antisthenes) *et Diogeni απαθειας*, *et Crateti continentiae*, *et Zenoni tolerantiae auctor fuit.* Utrique vero haec, ut alia imitati videntur a Socrate, qui omnibus et doctrina, et exemplo virtutum istarum praeivit. Quidquid vero sit de hac re, certe haec *απαθεια* non probatur Ciceroni, cuius verba licet audire: *Quid illa in quibus consentiunt? num pro veris probare possumus? sapientis animum nunquam nec cupiditate moveri*, *nec laetitia efferri*. Lucul. 43.

V. 10. *Απογραφον* luculenter exhibet *καταπληγωμενος*, mendose, nusquam enim adparet verbum *καταπληγωμαι*, nisi quis amplecti velit quasi formam verbi originalem, unde latini *το plenum* deduxerunt. Duplex medicina potest adhiberi, namque legi posse videtur, vel *καταπλυνομενος*, vel *καταπληθομενος*, quod nos praetulimus. Repudiandum vero omnino censemus *καταπλαινομενος*, quum nullo pacto admitti queat duplex *σφαλμα* in uno eodemque verbo. Si locus datur coniecturae, videtur scriptor librarius facile confudisse, et commutasse vocem *καταπληθομενος* in *καταπληγωμενος* proximam et sono, et significatione.

V. 12. Eodem modo Lucianus: *Και τη του βιου ῥαστωνη τον Σινωπιτην ζηλων εδοξεν*, *et vitae facilitate Sinopensem aemulari visus est.* Demonact. 5. Athenaeus tradit Diogenem scripsisse de optimo statu reipublicae. lib. IV p. 159 V. Laert. in Diogene. Denique non definiverim, an revera affirmet noster non esse opus istud *περι πολιτειας* adiudicandum Diogeni, ut erui posse videtur ex verbis *ουκ εστιν ἡ πολιτεια του Σινωπεως*.


ΩΝ ΔΗ
ΜΕ ΟΠΩϹΑΝΩϹΟΝΓΩ
ΟΝΧΡΟΝΟΝΕΝΤΑΙϹΕΠΙ
ΔΙΑΤΡΙΒΩΜΕΝΑΥΤΩ Α
ΙΝΥΠΤ ΟΙϹΠΑΝΑΓΕϹΙ
ΟΚΥΝΩΝΜΕΤΑϹΦΙΕΝΩϹ
ΝΑΠΟΚΕ ΛΥΜΜΕΝΩϹ
ΝΟΜΑϹΙ ϹΘΑΙ ΚΑΙΚΕ
ΑΙΠΑϹ ΑΠΟΤΡΙΒΕϹ
ΑΗΝΕϹΕ
ΠΑΡΑ ΗϹΘΑΙΤΟ ΙϹΑΡ
ΚΑΙΕΡΩΝΤΑϹΚΑΜΜΗ ΑΙ
Ε ΑϹΜΕΝΩϹ ΔΙΑΘ
ΛΑΙ Ω ΟΙϹ
ΑΙϹ
ΙϹ Ε
ΤΩΝ

COL. VIII

Gian. Casanova dis — Giu. Casanova inc.

COLUMNA VIII.

Κυνικων δογματων ηδη διαλεξομεθ', όπως αν ὡς ολιγωροι τον χρονον εν ταις επιφοραις διατριβωμεν αυτων. Αξιωμασιν ὑπτιοις παναγες ἡρω' ὑπο Κυνων μεταμφιεννυσθαι μεν, αποκεκαλυμμενως δε ονομασιν χρησθαι, και κενολογια πασαν αποτριβεσθαι την αιδω, διπλην εσθητ' ενδυειν, και παραχρησθαι τοις αρσεσιν, και ερωντας χαμμησαι. . . .

de Cynicorum dogmatis iam disputabimus, ut quasi securi tempus vel in eorumdem placitis insumamus. Enimvero supinis propositionibus sanctissima quaeque Cynicis placet immutari, palam ipsis rerum nominibus uti, et vanis verbis terere verecundiam, alterutram (virilem puta et muliebrem) vestem induere, et mascula venere abuti, et cupidos divaricandi . . . .

V. 1. Postquam de Zenone, Diogene eiusque Republica disseruit Philodemus, transit ad recensionem dogmatum sectae universae communium, quaeque lector facile agnoscet in sequentibus. Enim vero id arguere videntur tum ipsa dogmata, tum verba *ὑπο κυνων*, quo nomine Cynici ipsi adpellantur, ut apud Lucianum passim. Dial. mort.


V. 5. Vocem *ὑπτιος* ex penitiori Stoicae Scholae doctrina mutuatus esse videtur noster. Stoicos ex Laërtio, et aliunde patet dixisse *κατηγορηματων*, atque *αξιωματων* alia esse ορθα, alia ὑπτια, alia denique ουδετερα. Rem bene declarat Cl. Petersen Loc. cit. p. 231. *Enunciatum aut mancum est praedicatio κατηγορημα, aut integrum propositio αξιωμα, ex quibus haec (propositio) quum illam ut partem contineat, illius quoque differentias participet necesse est. Praedicationes igitur, et propositiones sunt aut activae ορθαι, aut passivae ὑπτιοι, aut neutra.* Activas autem, et passivas propositiones sic definit Simplicius: Κατηγορηματα ορθα, άπερ ώς εις έτερον ῥεπουσαν εχει την κινησιν, *quae veluti in alterum vergentem habent motionem*; passiva ὑπτια κατα την προς ποιουν σχεσιν θεωρουμενα, *quae secundum affectionem cernuntur.*

V. 6. Noli mirari insolitam dividendi rationem, est enim sola, quam sequitur librarius scriptor huius papyri. V. infra αποτριβεσθαι, et in sequenti columna εγγυμναζεσθαι, tum sine ullo dubio καλεισθαι col. XI.

V. 8. Locum sane perobscurum declarat Cicero, cuius verba sunt afferenda, ut opportunus commentarius » *Hanc noturae tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia; quae enim natura occultavit, eadem omnes qui sana mente sunt removent ab oculis, ipsique necessitati dant operam, ut quam occultissime pareant: quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum usus suis nominibus adpellant: quodque facere turpe non est, modo occulte, id dicere obscoenum est. Itaque neque aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec orationis obscoenitas. Nec vero audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici pene Cynici, qui reprehendunt, et irridant, quod ea quae re turpia non sint, nominibus ac verbis flagitiosa ducamus, illa autem quae turpia sunt nominibus adpellemus suis.* Offic. l. c. 35. Cynici ergo contendebant verbis turpia non esse, quae neque re talia ducerentur, adeoque omnia vel turpissima suis quaeque nominibus adpellabant. Rem attigit et Gassendus in philos. mor. Epicur. p 1510 quem v. et ipse Cicero de Stoicis autumat. Epist. ad fam. IX 22 *atque Stoicis placet suo quamque rem nomine adpellare.*

V. 10. A turpibus verbis ad turpes actiones facilis via est, quod videtur Xenophon expressisse his verbis: Ἡ αναισχυντια μεγιστη ἡγεμων επι παντα τα αισχρα ειναι δοκει » *impudentia ad omnem turpitudinem ducere quam maxime videtur.* Hinc erues rationem nostri supplementi.

V. 11. Conatur Brukerus a canina impudentia vetustiores saltem cynicos philosophos absolvere; seriores tantum eadem adspergens; sed tanta sunt, tamque inter se constantia veterum testimonia, ut difficile sit eos omni culpa liberare. V. August. de Civ. Dei XIV c. 20. Sextum Empir. adv. matem. XI. Arrian. ad Epict. Et quidem Antoninus hoc titulo maxime laudat patrem suum, quod a puerorum amore se prohibuerit. Το παυσαι τα περι τους ερωτας των μειρακιων. De reb. suis l. 16 in quem amorem turpiter effusi fuere Hadrianus, et Trajanus, ut tradunt Dio, et Capitolinus. Res adeo invaluerat, ut moralis Seneca scriberet » *Transeo puerorum infelicium greges, quos post exacta convivia aliae cubiculi contumeliae expectant.* Epist. 95. Huc etiam respexit S. Gregorius Nazianzenus his verbis » Παιδας δε παρεστναι τους μεν εν κοσμω, και εφεξης, *adsint iuvenculi partim ornati, et suo quisque ordine.* De amor: puer. or. 16. Quod vero Cynicis accommodat Philodemus noster, idem de Stoicis, et de eorum coryphaeo Zenone adfirmat Athenaeus auctoritate Antigoni Carystii » Και τουτο μονον εζηλωκοτες τον αρχηγον ὑμων της σοφιας Ζηνωνα τον Φοινικα, ὁς ουδεποτε γυναικι εχρησατο, παιδικοις δε αει » *atque id tantum aemulamini principem doctrinae vestrae phoenicem Zenonem, qui muliere nunquam, iuvenculis semper usus est.* Deipnos. lib. XIII. Oh quanta inde elucet veritas adagii! Ζηνωνος εγκρατεστερος. V. etiam Sextum Empir. Hypoth. pyrrhon. lib. III 24 p. 152 unde etiam illud disces, inter indifferentia hoc flagitium posuisse αδιαφορον τουτο ειναι φασι.


ΝΑ ΓΕΙΤ
ΦΙΛΟΤΕΧ ΟΠΩ Δ ΑΥΤΑ C
CΥΜΠΛΕ ΑΙΚΑΝΜΗΔΕΝΟC
ΤΥΓΧΑΙ ΑΓΟ ΑΖΕΙΝΤ
ΕΞΥΠΗΡΕ ΗCΟΝΤΑC ΩCΕΤ
ΕΠΑCΙΚ ΠΑCΑΙC ΡΗCΘΑΙΤΑΙC
Ι ΙΑΙCΘΕΡΑΠΑΙΝΑΙ ΕΠΙΠΛΕ
CΘΑΙΤΟ CΓΕΓΑΜ ΚΟΤΑC
CΓΕΓΑΜΗΜΕΝΑCΜΕΤΑΤΩΝ
ΤΡΟΔ ΡΕ ΟΥΝ ΑΠΡ
ΕΙΝΤΟΥCΑΝΔΡΑCΑΠΟΛΙΠΟ
CΑC ΤΗΝΑΥΤΗΝ ΝΑΛ
ΠΕΧΕCΘΑΙΤΟΙC ΝΔΡΙ Ν ΑC
ΥΝΑΙΚΑ ΚΑΙΤΩΝΑΥΤΩΝΜ
Τ
ΤΩ ΑΠΑΞΑΤ Ν
ΩC Δ ΚΑΙΓ ΝΑ
Α C ΥΜΝΑCΕΙΝΑΙΚΑΙ
ΙCΑCΕΝΑΝΤΙΟΝ
ΝΙ ΥΜΝΑΖΕC
ΝΚ ΑΝΔΡΑCΙΝΜΗΔΕΚΑΤ
ΕΥ ΙΝΕCΘΑ
ΥΓΛ
ΑΙΤΟCΑ

COL. IX

Gio. Casanova dis.   Giu. Casanova inc.

COLUMNA IX.

. . . .
φιλοτεχνους, όπως δη αυταις συμπλεκονται, καν μηδενος τυγχανωσιν· αγοραζειν τους εξυπηρετησοντας πως, ετι δε πασι, και πασαις χρησθαι· ταις ιδιαις θεραπαιναις συνπλεκεσθαι τους γεγαμηκοτας, και τας γεγαμημενας μετα των παρουαιρετων, και κοινουν απρεπειν τους ανδρας απολιπουσας· την αυτην εσθητιν αμπεχεσθαι τοις ανδρασιν τας γυναικας, και των αυτων μετεχειν γυμνασιων, ει και το ουτω [illegible] ἅπαξ απλως, ὡς εδοκειτο. Και γαρ αν αισχρον την γυμνας ειναι, και μαλιστα φαινεισας εναντιον ανδρων· ετι δε το εγγυμναζεσθαι συν και ανδρασιν μηδε κατ' αιδω, μηδ' ωχρας γενεσθαι λεκτεον ειη αν.

. . . .
industrias, easdemque artium studiosas, et cum ipsis quomodocumque amice congrediuntur, etsi nihil inde proficiant: emere homines, qui quodammodo operam suam praestent; tum omnibus et maribus, et foeminis uti: commisceri cum suis famulabus coniugatos, temere vero et coniugatas cum obvio quocumque, quum nec turpe nec indecorum (ipsis cynicis) videatur mulieres viros suos deserere. Praeterea communem cum hominibus mulieres induere vestem, eorumdemque exercitiorum participes fieri; etsi hoc modo convenire intolerabilem, nec omnino ferendam rem esse certum sit, atque exploratum. Impudens enimvero esset mulieres esse nudas, praecipue adparentes coram hominibus; neque verecundum, aut honestum dicendum esset easdem cum hominibus una exerceri.

ADNOTATIONES.

V. 1. De amore dominorum in servos, legibusque eadem de re perlatis v. Clementem Alexandriunm I. c. 18. Fortasse huc etiam trahi commode posset, quod habet Plutarchus Δουλους μη περιυβριζειν; *servos iniuria ne afficias.* De liber. educ.

V. 7. Omnino απροαιρετων requirere videtur sententia: prorsus vero in hoc dogmate conveniunt, atque amice conspirant cum Cynicis Stoici, ut aptari praecipue huic loco possit, quod de illis poeta canit.

Et qui nec Cynicos, nec stoica dogmata curat
A cynicis tunica distantia,

nec ab utrisque discrepat Plato. Stet pro omnibus unus Laërtius, qui lib. VI 54 35 haec habet: Αρεσκει δε αυτοις και κοινας ειναι τας γυναικας δειν παρα τοις σοφοις, ώστε τον εντυχοντα τη εντυχουση (nostrum απροαιρετον) χρησθαι, καθα φησι Ζηνων εν τη Πολιτεια, και Χρυσιππος εν τω περι πολιτειας· αλλα δε Διογενης ὁ Κυνικος, και ὁ Πλατων. *Placet autem ipsis et communes oportere esse mulieres apud sapientes, adeo ut temere quis cum quacumque obviam veniente congrediatur, ut ait Zeno in Republ. et Chrysippus item in Republ. adde Diogenem Cynicum, et Platonem.* Et quidem ipse Plato fuisse videtur primus auctor communionis mulierum. Τι δε δη (sunt eius verba) το περι της παιδοποιιας, η τουτο μεν δια την αηθειαν των λεχθεντων ειμνημονευτον; ότι κοινα τα των γαμων, και τα των παιδων πασιν άπαντων επιθεμεν » *an tenetis memoria, quae de procreandis liberis diximus propter eorum novitatem? quia communes nuptias, liberosque statuimus.* Tim. sub init. In primis vero mirum erit, quod ipse Plato maxima Rebuspublicis bona ex hac communione proficisci contendat. Του μεγιστου αρα αγαθου τη πολει αιτια ήμιν πεφυκεν ή κοινωνια τοις επικουροις των τε παιδων, και των γυναικων » *maximi boni causa nostrae Civitati fuit ipsa apud auxiliarios puerorum, ac mulierum communio.* De Republ. V. De Diogene denique et Cynicis praesto est auctoritas Laërtii scribentis: Ελεγε δε και κοινας ειναι δειν τας γυναικας γαμον μηδε ονομαζων, αλλα τον πεισαντα τη πεισαση συνειναι » edixit *communes oportere esse mulieres, ac quicumque persuaserit cum ea, cui esset persuasum, concumbere.* VI. Quam est convenientius bonis moribus, et decori praeceptum Plutarchi, ut ii qui optimorum filiorum patres esse vellent μη ταις τυχουσαις γυναιξι συνοικειν. De liber. educ. Laertii loco superius allato obstare videntur verba γεγαμηκοτας, et γεγαμημενας, sed nullus mirabitur, qui non ignorat γαμον, et γαμειν non de legitimo tantum matrimonio usurpari, sed de quocumque etiam turpi, et inhonesto congressu, uti post Kusterum, et Hemsterusium ad sch. 1082 Aristoph. Plut. observarunt quoque Heynius ad Apollodorum 677 aliique docti viri. Sit vades omnibus Lucianus, qui in Asin. 32 ait: Την δε γυναικα εις την όδον ανατρεψας γαμειν εβουλετο » *muliere autem in via eversa nuptias facere tentavit;* et Demosthenes, apud quem sunt μεθημερινοι γαμοι *nuptiae quotidianae.* Pro Ctesiph. Denique si fides adhibenda Luciano et Cynici, et Stoici, et Plato immanem hanc doctrinam a communi omnium Magistro Socrate desumpserunt, a quo haec mutuatur verba idem Lucianus » Ακουε δη το μεγιστον, ὁ περι των γυναικων μοι δοκει μηδεμιαν αυτων μηδενος ειναι μονου, παντι δε μετειναι τω βουλομενω του γαμου » *audi ergo maximum, quod de mulieribus statui. Placet nullam earum unius cuiusquam esse, sed in partem nuptiorum venire quicumque voluerit.* Vit. auct. 17. V. insuper S. Augustinum de Civ. Dei XIV 20.


V. 10. Απολειπειν est repudiare, neque de viro tantum, sed de muliere quoque apte dicitur. Hoc loco sententia esse videtur *alium pro alio relinquere.*

V. 11. Et in hoc dogmate concordat cum Cynicis Zeno, inter cuius ἀπεθουμενα refert Laertius et istud: Και εσθητι δε τη αυτη κελευει χρησθαι ανδρας, και γυναικας, και μηθεν μοριον αποκεκρυφθαι » *eadem veste indui iubet et viros, et mulieres, nullamque corporis partem celari.* Ibid. Quam convenientius praecipiebat Plato *cuique servanda* και κουρας τε, και αμπεχονας, και ὑποδεσεις, και όλον τον του σωματος σχηματισμον » *et tonsurae modum et quibus vestibus et calceis utendum, et quis omnino corporis habitus conveniat.* De Republ. IV. Quare purpuram a Dionysio oblatam recusabat canens » Ουκ αν δυναιμην θηλυν ενδυναι στολην » *non quidem possem muliebrem induere vestem.* Sext. Empir. Pyrrhon. susp. lib. III c. 24. V. etiam Laërt. Huc denique trahe quod Clemens Alexandrinus continentiam commendans scribebat: Επει τινα λογον εχει το απειπειν τον νομον ανδρι γυναικος αμπεχονην αναλαμβανειν; *Etenim quamnam lex habet rationem, cum viro prohibet, ne vestem induat muliebrem?* Stromat. 11. 18.

ADNOTATIONES.

V. 14. Η δηλαδη ὁτι γυμνας τας γυναικας εν ταις παλαιστραις γυμναζομενας μετα των ανδρων ου μονον τας νεας, αλλα ηδη και τας πρεσβυτερας; *An quia nudas in palaestris (videtis) mulieres cum viris se exercentes, nec iuvenes tantum, verum etiam vetulas?* Plat. de Republ. V.

V. 20. Εγγυμναζεσθαι pro εγγυμν: non omnino inusitata ορθογραφια, praecipue apud Alexandrinos. V. Sturz. de dial. Maced. et Alex.



Gio. Casanova dis. — Giu. Casanova inc.

COLUMNA X.

. . . . αναθεωρειτθαι, και η μισανθρωπους συνηθ απο Φονειν, ή και μη επαινηγιεσθαι μηδεμιαν, ών επισταμεθα · Μητ' ..ομον υ' απαντας εκ..σθαι παιδαρια και Φαινομενους ὑπαρχειν, ώστε κακος . . . .

. . . .

Το δ' εκτ..ησιν αναξιωτατον, ώστε μηδεν εννομ.. λε.. ιν · καθ' ών ηδικ.ι την πολιν, και μηδεν καλον εν τη αυτη καθεστηκεν.. ..ξιν, αὐθιν δε των αισχρων τε, και αδικων. Ουτως εχοντος ουν. . . .

. . . . . . diligenter considerare; atque vel hominum osores fas est iniusta caede occidere, vel nullam (politiam) ex illis, quas novimus, laude dignam existimare. Neque iustitiae consentaneum est universos, etiam qui in rerum abundantia vivere videntur, pueros exponere; adeo ut malus. . . . .

. . . .

Illud vero statuit in primis indignissimum, ut nihil legitimum, iustumque afferat; ex his enim praeceptis et Rempublicam iniuria affecit, et nihil honestum in eadem constituisse adparet, rursus contra affatim et iniustorum, et turpium. Quum ergo ita se res habeat. . :

V. 2. Latebit ne veri aliquid in Μισανθρωπου illius Timonis historia, unde Lucianus adulatores male ab eodem mulcatos deprompsit? Et referri ne huc poterit, quod idem Lucianus de illo tradidit? Τι τουτο ω Τιμων; Μαρτυρομαι, ω Ἡρακλεις, ιου, ιου προκαλουμαι σε τραυματος εις Αρειον παγον. Τιμ: Και μην αν γε μικρον επιβραδυνης, φονου ταχα προκεκλησῃ με, *quid isthuc, o Timon? me ne tu percutis: testem appello, o Hercules, vulneris tibi dicam dico apud Areopagum. Tim. At si paullum modo cesses, fortasse mihi dicam caedis dixeris.* An vero hoc loco Philodemus persequitur dogma περι εξαγωγης, sive de morte sibi conscita? quae quaestio a Stoicis agitabatur, ut patet ex Alexandro Aphrodiseo in περι ευλογου εξαγωγης, *an mortem quis sibi iure possit consciscere.* V. Wittembach. ad Platon. Phaed. 336. An noster spectat ad illam Cynicorum μισανθρωπιαν, quam apud Lucianum idem Diogenes commendabat dicens emptori suo. Διωκε δε τα πολυανθρωποτατα των χωριων, και εν αυτοις τουτοις μονος, και ακοινωνητος ειναι θελε μη φιλον, μη ξενον προσιεμενος. *Loca frequenta celeberrima, et in his ipsis solus, et insociabilis esse affecta neque amico, neque hospite admisso.* Vitar. auct. 10. Non pauca in vita Diogenis confirmant hanc ipsam μισανθρωπιαν. Mihi tamen persuadeo hic μισανθρωπους in genere vocari eos philosophos, qui filios exponendos proponunt in suis rebuspublicis, et sententiam sibi velle, *ut liceat ipsis sine iure homines, sive ipsos pueros occidere*, puta eosdem exponendo.


V. 3. Αποφονειν non occurrit in Lexicis, ubi tantum αποφονος legitur. Auctoritate tamen nostri Philodemi, quae perfecta linguae analogia innititur, veluti iure postliminii in suum locum est restituenda. Interea si vera est observatio Scholiastarum Euripidis ad Orest. v. 163, et 169 ubi φονον αποφονον alter vertit μισητον, και μη αξιον γενεσθαι, alter ατοπον φονον, vertendum fortasse esset το αποφονειν *iure odisse*, quod vere non displiceret. Sed si ibi αποφονος φονος est iniusta caedes, tunc emerget sententia *iniuste occidendi.* Quidquid tamen de hac re teneatur, certe hinc patet non posse probari, nec Musgravii, nec Kingii correctionem ad illum Euripidis locum, quorum alter dubitanter malebat αποφορον, alter απο φονον.

V. 4. Et verbum επαινηγεισθαι in lexicis desideratur, quod factum esse videtur ex επαινος et ἡγεομαι. Quod si cui improbetur haec vox, is legere poterit επαινην ἡγεισθαι quasi si extrema syllaba ην librarii supinitate lineae superimposita omnino exciderit, atque evanuerit. Mihi vero probatur prior lectio.

V. 6. Ex dogmate communionis mulierum necessario proficiscitur non posse ali, nec educari a patribus liberos, sed omnino omnes esse exponendos.

V. 14. Vox αναξιωτατον, quod grammatice vertimus *indignissimum*, proprie significare debet, quod est *fini*, sive *extremo contrarium.* Ut enim praeclare observavit laudatus Petersen ad locum Laertii και περι τελους, περι τε της πρωτης αξιας, και των πραξεων VII. 84. unam tantum partem indicare videntur tam περι τελους, quam περι πρωτης αξιας, quasi finis sit unice dignus, quo omnia velut ad extremum referantur. V. Stob. II. 7. p. 152-156. et Cicer. de finib. III.

V. 17, et 18. Sublato iusto matrimonio ac liberorum amore, et educatione, sublata item quacumque virtute, nullum amplius decus amicitia in civitate esse potest.


ΓΗΝΑΛΛ
ΕΝΟΥϹΚΑΙΔΙΟΓΕΝΟΥϹϹΥΝΕ
ΤΗΔΙϹ ΑΙ ϹΩΚΡΑΤΙΚΟΙΚΑΛΕΙϹ
ΘΑΙ Ε ΥϹΙΝ ΑΛ ΤΑΤΕΠΛΕ
ΤΑΤΗϹ ΤΟΔϹ ΑΞΙΟΛΟΓΩϹΤΗ
ΔΥ Ι ΝΕΛΑΒΕΝΔΙΑΖΗΝΩΝ
ΟΙΤΕϹΤΩ ΙΚΟΙ ΑΝΤΕ ΩϹΕΙΠΕΙΝ
ΤΑΠΡΩΤΕΙΑΤΗϹΑΓΩΓΗϹΑΠΟ
ΝΕΜΟΥ ΤΩΙΚΑΙΜΕΤΑ
ΤΟΥΤΩΝ ΟΠΟ ΚΑΙΤ
ΧΡΟΝΟΥϹΑ ΓΡΑΤΑϹΑΠΟΛ
ΛΟΔΩΡΟϹ ΟΥΜΟΝΟΥΤΕΠΑΡΕϹ
ΤΑΘΗϹΑΝΑΙΤΟΙΑΥΤ ΙϹΕΙϹ
ΑΛΛΑΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝ ΩΝ
ΩϹΤΕΚΑΝΖΗ ΩΝΑ
ΙΩϹΗΠΩ Ω
ΦΥΛΑΞΕΙΤΗ ΗΝΤ
ΔΟΜΟΙΑΧΡ ΑΙΠΡΟϹ
ΕΙΝΗΗΝΤΗΝ ΓΙ
ΗΝΟΛΗΗϹΤΟ Η
ΠΟΚΑΤΗΓΟ ΩΝ
ΤΩΙΚΩΝΤΙϹ ΙϹΑ ΚΑΙ
ΟΚΟΡ ΦΑΙΟϹΑ
ΚΑΝΕΦ
ΤΟ
ΩϹΑΝΑ
ΤΑΔΑ

COL. XI

Genn. Casanova dis. Giu. Casanova inc.

COLUMNA XI.

αλλος αγωγην αλλην. Ἡ δε Αντισθενους, και Διογενους συνεστη, διο και Σωκρατικοι καλεισθαι θελουσιν. Αλλα τα γε πλειστα της Στοας αξιολογως την αυγην ελαβεν δια Ζηνωνος· όι τε Στωικοι παντες, ὡς ειπειν, τα πρωτεια της αγωγης απονεμουσιν αυτῳ, και μετα τουτων ὁ τους τοπους, και τους χρονους αναγραψας Απολλοδωρος. Ου μονου τε παρεσταθησαν ἁι τοιαυται κρισεις, αλλα και των αλλων πολλων, ὡστε καν Ζηνωνα τις αλλοτριωση πως των αλλων, ὁμως φυλαξει την αρχην. Τοις δ᾽ ὁμοια χρη λεγειν και προς εκεινην την αρχην λογικην ὁλην Στοας ιδιαν, ἡν δη απο κατηγορηματων των Στωικων τις αποδεξεται· και γαρ ὁ κορυφαιος αυτων Ζηνων . . . .

alius aliam disciplinam sequutus est: sectae vero Antisthenis, et Diogenis coaluerunt, idcirco Socratici utique dici volunt. Sed Stoicae disciplinae maximam et dignitatem, et incrementum sumpserunt Zenonis opera, et Stoici, fere dixerim, universi scholae principatum eidem tribuunt; et cum iisdem Apollodorus qui et locos, et tempora descripsit. Non autem ab uno prolatum fuit hoc iudicium, sed ab aliis pluribus, adeo ut quamvis Zenoni quis deneget, vel auferat cetera, ipse tamen servaverit principatum. His similia dicere fas est et de illo principatu in logica arte Stoicae sectae prorsus peculiari, quem ex Stoicis enunciationibus quis admittat. Etenim ipsorum princeps Zeno . . . .

ADNOTATIONES.


V. 1. seq. Nemo dubitabit, quin reponendus heic fuerit Antisthenes, quem *proseminatorem Cynicorum, et Stoicorum Philosophorum* adpellavit Cicero. De Nat. Deor. 1. 13. Idem de Orat. 1. sit. *Ab Antisthene, qui patientiam, et duritiam in socratico sermone adamavit, Cynici primum, deinde Stoici manarunt.* Cum Diogene conjungit et Laertius: του περι Διογενη, και Αντισθενη. lib. VIII. Maxime vero ad rem facit Cicero, quem dixeris imitatum hunc locum Philodemi de Orat. III. sub init. *Nam quum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis et diversis, et in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud adprehenderat, disseminatae sunt quasi familiae dissentientes inter se, et multum seiunctae, et disparee, quum tamen omnes se philosophi socraticos et dici vellent, et esse arbitrarentur.* Tum capite 17. pene eadem repetit his verbis: *Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes Socraticos esse dicerent.* Consonat cum omnibus Suidas scribens: Ὃς τις (Antisthenes) περιπατητικος εκληθη πρωτον, ειτα κυνικον.

V. 8. Ζηνων ὁ της στωικης αιρεσεως αρχηγετης *Zeno stoicae sectae princeps* Strab. XIV. quocum omnes convenire nemo ignorat. Cicero dixit Coryphaeum, et Principem, De Nat. Deor. 1. 21. ut in extremo versu huius columnae.

V. 10. Τοπους adoptavimus praeferentes τῳ τροπους. Etsi enim Apollodori ηθικη saepius apud veteres Scriptores memoretur, non de moribus heic sermonem esse suspicamur, sed de *locis*, sive partibus, in quas philosophi veteres totam philosophiam dispertiri, ac tribuere solebant. Et quidem Apollodorum partes Stoicae philosophiae τοπους peculiari nomine adpellasse narrat Laertius VII. 39. Ταυτα δε τα μερη ὁ μεν Απολλοδωρος τοπους καλει, *has autem partes Apollodorus locos adpellat.* Chrysippus vocavit ειδη *species*, alii rursus γενη *genera.*

V. 16. Cicero in primis omnia Zenoni abiudicat, praeter unam nominum inventionem, quam quasi inutilem quoque reiicit. De finib. IV. passim.

V. 19. Logicen in primis, et dialecticen coluisse Stoicos exploratior res est, quam ut testibus egeat. Non tamen praetereunda Laërtii auctoritas, qui de Chrysippo, eiusque vi dialectica haec maxime tradidit. Ουτω δ' ενδοξος εν τοις διαλεκτικοις εγενετο, ὥστε δοκειν τους πλειους, ὅτι ει παρα θεοις ην ἡ διαλεκτικη, ουκ αν την αλλη, η ἡ Χρυσιππειος, *in dialecticis adeo clarus evasit, ut plerique existimarent, si apud Deos esset dialectica, eam non aliam, quam Chrysippeam fuisse futuram.* lib. VII.



Ϲ ΘΟΝ ΑΙ ΟΝΟΥ
ΔΕΝΑΥΤΟΙϹΠΙ ΕΤΑΙ ΛΙΓΑΡΟΙ
ΠΛΕΙ ΤΟΙΤΩΝΑΥΤΩΝΕΙϹΙΝΤΤΑ
ΡΕΝΓ ΑΤΑ ΤΟΔΕΛΕΓΕΙΝΩϹΑΠΟ
ΔΕ ΤΑΙΤΟΝΖΗΝΩΝΑΔΙΑΤΗΝ
ΤΟΥΤΕΛΟΥϹΕΥΡΕϹΙΝΟΙϹΤΩΙΚΟΙ
ΚΑΤΑΤΕΤΟΛΜΗΚΟΤΩΝΕϹΤΙΚΑΙ
ΡΤΑΛΟΙΠΑΤΩΝΔΟΓΜΑΤΩΝ
ΜΑΖΟΥϹΙΝΑΥΤΟΥ ΚΑΙΤΩΝ
ΗΧΑΝΩΝΕϹΤΙ ΕΛΟΥϹ
ΕΝΟΥΜΗΚ ΤΑΜΑ
ΩΝΩΝΑΠΟΔΙΔΟϹΘΑΙΚΑΙ
ΤΩΙ ΛΕΙΔΕΑΚΟΛΟ ΘΟΝΕϹΤΙ
ΤΑΔΙΑΤΗϹΠΟΛΙΤΕΙΑϹ ΚΚΕΙΜΕ
ΛΕ ΕϹΘΑΙ ΤΟ Ε
ΒΕΓ Ο
ΙΜΗΓΕΓΕΝΗϹΘ ΙϹΟ
ΟΝΩϹΤΟΥΝΕΜΕϹΗΤΟΝΕ
ΟΔ ΜΑΡΤΑΝΕΙΝ ΜΕΓΑΝ
ΑΥΤ ΕΚΑΙΜΗϹΟΦΟΝΟΜΟ
ϹΙΝΓΕΓΟΝΕΝΑΙΚΑΙΤΗϹΑΓΩΓΗϹ
ΑΡΧ ΓΕΤΗΝ ΕΝΜΕΤΡΙΟϹ
ΗΝΟΥ ΦΙΛ ΩϹΑΝΑΜΕϹ
ΤΟϹΔΙϹ ΡΙ
Β ΛΟΓΩ
Α ΜΕΓΙϹ ΑΤΙ ΜΑ
Α ΝΟΥΤ ΠΟΤΙΜΗϹΑ
Α
ΑΤΟ
ΜΕΝΟ ΑΙΘΑΥ
Ω ΕΙ
COL. XII
Gen. Casanova dis.
Giu. Casanova inc.

COLUMNA XII.

. . . . Και διαφορον ουδεν αυτοις γινεται, και γαρ οἱ πλειστοι των αυτων εισιν παρεγγυτατα. Το δε λεγειν, ὡς αποδεχονται τον Ζηνωνα δια την του τελους ἑυρεσιν οἱ Στωικοι κατατετολμηκοτων εστι· και γαρ τα λοιπα των δογματων δοκιμαζουσιν αυτου, ει και των συηχανων. Εστιν δε τελους ἑχοντω κειμενου μη καταλλαγην φωνων αποδιδοσθαι, και τω τελει δε ακολουθον ιστι τα δια της πολιτειας εκκειμενα ιδιως λεγεσθαι. Τουτον δε ὁ Κλεανθης ημειβεν. Τον δε δη φασιν και μη γεγενησθαι σοφωτερον, ὡστ' ου νημεσητον ειπειν το διαμαρτανειν. Μεγαν δ' ουκ αυτον τε, και μη σοφον ὁμολογουσιν γεγονεναι, και της αγωγης αρχηγετην· και μεν μετριος ην, ουδε φιλοδοξως αναμεστος διστορων ερωτησεων, η αμφιβολων λογων. . . . .

. . . . Et nihil dissentiunt, quippe plerique eorum quam proxime accedunt inter se. Est vero audacium dicere Stoicos sequi Zenonem propter finis inventionem; etenim iis probantur cetera ipsius dogmata, quamvis absurda. Est autem finis ab eodem propositi nullam admittere verborum commutationem, unde quidem sequitur, ut quae sunt ab eo in Republica exposita proprio, et singulari quodam modo dicantur. Huic successit Cleanthes, quem aiunt non fuisse sapientiorem, quippe qui professus fuerit peccata non esse culpanda. Profecto non aptum Stoici fatentur, nec sapientem sectae principem fuisse; quia et modestus fuit, nec ambitiose plenus difficilium quaestionum, aut ambiguorum, et ancipitium sermonum . .

V. 1. Etsi nostrum supplementum primo intuitu communi omnium sententiae repugnare videatur, facile tamen speramus rem ad concordiam posse redire. Et quidem quod saepe Stoici inter se discreparint, nota satis res est, et praeter ceteros pridem id observavit Laërtius de Chrysippo dicens eum fuisse virum ingeniosum, et acutum, ut *εν τοις πλειστοις διηνεχθη προς Ζηνωνα, αλλα και προς Κλεανθη*, *plerisque in rebus a Zenone, imo et a Cleanthe dissentiret.* VII. in Chrys. In universum vero aiebat Galenus: *Μικρα μεν δηπως εστιν ἡ παρα τοις περιπατητικοις διαφωνια, μεγαλη δη παρα τοις Στωικοις, και Πλατωνικοις*, *parva quidem dissensio est inter Peripateticos, magna vero inter Stoicos, et Platonicos.* De lib. prop. Cap. 11. Adde Eusebium praep. Ev. XI. 5. et Plutarchum de Stoic. repug. 20. ubi etiam singulos a se ipsis novitatis libidine desciscere eos accusat, *ὡστε πολλακις εξιστασθαι και των ιδιων επιθυμια καινολογιας.* At non minus verum est universos eadem, atque Magistrum dogmata professos, adeo ut praeter nostrum Philodemum, qui luculentissimis verbis autumat, quod *τα λοιπα των δογματων δοκιμαζουσιν αυτου, και των αμηχανων*, quae vox significat quanta reverentia Zenonis doctrinam exceperint Stoici, ipse Chrysippus quaestionem resolvere videtur apud Laërtium; namque aiebat: *μονης της των δογματων διδασκαλιας χρηζειν, τας δε αποδειξεις αυτον ἑυρησειν*, *sola se decretorum indigere doctrina, rationes vero ipsorum se ipsum inventurum* VII. in Chrys.

V. 6. Τελος id nempe, cuius caussa omnia fiunt, quae in officiis sunt, quum ipse caussam non habeat, *οὑ ἑνεκα παντα πραττεται καθηκοντως, αυτο δε πραττεται ουδενος ἑνεκα*, ut a Stoicis definitur apud Stobaeum 11. c. 7. quod fere iisdem verbis iteratur p. 138. Totus autem ille consistit *εν τῳ κατα φυσιν ζῃν*, *in vivendo secundum naturam*, quod ipsi interpretantur *secundum virtutem.*

V. 10. Inter Zenonis dogmata nonnulla in vulgus improbabantur, quae ipsa heic *αμηχανα* a Philodemo adpellari suspicor. Eadem *αθετουμενα* vocavit Laërtius: *Και τοσαυτα μεν περι των αθετουμενων αυτου*, *haec satis de eius dogmatis non probatis* lib. VII.

V. 11. Dudum observavit Cl. Bake de vit. et doctrin. Posidon. part. II. c. 1. *universam Stoicorum doctrinam certis quibusdam rationibus conclusis, veluti formulis concludi.* Atque huc sane spectat sententia Epicteti: *αρχη της παιδευσεως ἡ των ονοματων επισκεψις.* Hinc Chrysippus apud Lucianum ad emptorem, qui querebatur non intelligere quae diceret, ait: *Ου γαρ ει συνηθης τοις ἡμετεροις ονομασι, ουδε καταληπτικην φαντασιαν εχεις*, *neque enim adsuetus es nostris nominibus, nec praeditus es facultate facile percipiendi rerum imagines.* Vit. auct. 21. Ubi obiter animadverto idcirco Lucianum fortasse ludere, quia ipse Chrysippus scripserat opus *περι του κυριως κεχρησθαι Ζηνωνα τοις ονομασιν*, *de peculiari et propria ratione, qua nominibus utitur Zeno.* Laert. VII.

V. 15. Ex eo quod superiori nota disputavimus facile adparebit ratio et vocis *ιδιως*, et interpretationis, qua eamdem donavimus. Nec renuimus, si quis pro *ιδιως* malit *κυριως*, quod v. praetulit Laërtius. l. c.


V. 16. Sententia, quae sequitur nos omnino cogeret, ut Chrysippum loco Cleanthis reponeremus; namque Plutarchus illi tribuit sententiam *de peccatis non culpandis*, quam illustrabimus proxima nota. At omnino officit, quod sequitur de ingenio et indole successoris Zenoni. Zenoni demortuo statim successit Cleanthes: huic ob ingenii tarditatem *αφυσικου* cognomen adhaesit, nec non *asini*, unde manavit suum ipsius effatum de facultate ferendi Zenonis sarcinam sibi uni indita: huic denique omnino quadrat *μετριοτης* illa, quam infra ei tribuit Philodemus, et quidquid aliud eidem accommodat; non certe Chrysippo, quem doctum virum, et acutum exhibent scriptores veteres, in primis vero *των λογων πλεκτανας* excellentem, arteque et syllogistica, et dialectica insignem. V. Laert. VII. Chrys. Lucian. Vit. auct. et alibi.

V. 18. Rem mire declarat Plutarchus his verbis: *Ἡ μεν γαρ κακια παντως ανεγκλητος εστι κατα τον του Χρυσιππου λογον, ὁ δε ζευς εγκλητεος, ειτε αχρηστον ουσαν την κακιαν πεποιηκεν, ειτε ποιησας ουκ αχρηστως κολαζει*, nam *Chrysippi ratio efficit vitia omnino culpanda non esse, sed Jovem, sive ipse fecit vitia, quae nihil prodessent, sive non inutilia punit, quum fecisset.* De Stoic. rep. 35. Hinc, ni fallimur, fluere quasi sua sponte videtur vera ratio alterius dogmatis Stoicorum *virtutem esse se ipsa contentam.* Si enim nulla vitio poena, quippe quod hominem non attingit vitium, quia vitii ipsius auctor homo non est, sed ipse Jupiter, nullum rursus virtuti praemium, patet virtutem debere esse se ipsa

contentam. Quidquid vero sit de veritate sententiae Chrysippeae, certum videtur nimis severe fuisse a Plutarcho iudicatum Chrysippum, ut alias Epicurum, et Epicureos. Et mirum quidem, quod ipse Plutarchus proferat defensionem Chrysippi adferens haec eius verba: 'Ον τροπον γαρ ουτε νομος του παρανομειν παραιτιος αν γενοιτο, ουτε δι θεοι του ασεβειν, ουτως ευλογον ουδ' αισχρου μηδενος ειναι παραιτιους, *sicut enim nec lex delinquendi, nec Dii impietatis causa ullo modo dici consentanee possunt, ita rationi convenire Deos nullo pacto esse caussam turpitudinis.* l. c. 33.

V. 19. Μεγαν vertimus *opportunum, aptumque ad finem consequendum*, nec temere. Vocem enim ex penitiori stoicae philosophiae penu depromptam interpretatur Stobaeus, qui pretiosum nobis ea de re fragmentum tradidit II. c. 7. p. 198. Ecce illud. Και το μεν σπουδαιον μεγα ειναι, και αδρον, και ὑψηλον, και ισχυρον. Μεγα μεν, ὁτι δυναται εφικνεισθαι των κατα προαιρεσιν οντων αυτῳ, και προκειμενων. *Et illud quidem (genus hominum bonorum) magnum sit, amplum excelsum, et validum. Magnum quidem, quod sibi res propositas obtinere queat*

V. 24. Απορους ερωτησεις, λογους ακανθωδεις, εννοιας πολυπλοκους cumulavit Lucianus. Dial. Mort. 1. p. 369.



Gius. Casanova dis. Giu. Casanova inc.

COLUMNA XIII.

. . . . προς δε τους γε μωταιους, και την πολιτειαν ως αναμαρτητον προσδεχομενους τι αν τις λεγων ατοπωτερον συναπτοι; Πειρωνται δ' ουν ουδε προς αλλο τι φερειν ουτοι τας απολογιας, η προς τα περι του διαμηριζειν, τοσουτων περιειλλημενων κακων, και προγεγραφοτες ότι περι της πολιτειας, αλλ' ουχ ότι περι τινος απολογησονται μερους. Αλλα γαρ επει τινες των καθ' ήμας και περι της Διογενους, ώς φασι, δισταζα τιν πολιτειας, ύπεκδυομενοι την Στοαν, ου τοι, όν αν ειχε σπορα Διογενους ειναι, και τον τροπον εχουσαν τουτον, ώς άι τ' αναγραφαι των πινακων, άι τε βιβλιοθηκαι σημαινουσιν. Παρα Κλεανθη δ' εν τω περι Στοας εστιν Διογενους αυτη ή μνημη, ώστε ει και επ' αγη, καμεπτα ύστερον εν αυτη . . . . . .

. . . .

. . . .

. . . . . Και Χρυσιππος εν τω περι πολεως, και νομου δι' αυτο τουτο διδασκει . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Περι πολιτειας αλλης ασπερχες

. . . . Qua autem ratione stultos hosce, qui Reipublicae administrationem peccati expertem admittunt quis dicens incongruius attingeret? Conantur ergo non ad aliud quidem defensiones referre, quam ad id, quod attinet ad crura divaricanda, tot tantisque circumvenientibus malis; publiceque scribentes se suscepturos defensionem eorum, quae ad Rempublicam, non quae ad aliquam eiusdem partem pertinent. Praeterea nonnulli eorum, qui nostra aetate philosophantur, uti aiunt, a Diogenis politia recedunt, et in Stoicam scholam ingrediuntur, quae sane non iisdem utitur moribus, qui inesse videntur Diogenis sectatoribus, ut librorum indices, et Bibliothecae demonstrant. Apud Cleanthem vero in Libro de Secta stoica est eadem Diogenis mentio, ut quamvis deinde propter invidiam in ipsa. . .

. . . .

. . . .

. . . . Et Chrysippus in opere de Civitate, et lege ob id ipsum docet . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Quod vero ad reliquam Rempublicam attinet sedulo

V. 3. Ut recte intelligatur quid sit πολιτεια αναμαρτητος, opus est in primis noscere quid sit ἁμαρτημα ex mente Stoicorum; quare rem ipsis Stoicorum verbis definiemus, uti referuntur a Stobaeo II. 7. p. 192. 'Αμαρτηματα δε ειναι το τε αφραινειν, και το ακολασταινειν, και το αδικειν, και το λυπεισθαι, και το φοβεισθαι, και το κλεπτειν, και το καθολου ὁσα παρα τον ορθον λογον πραττεται. *Peccare autem est insipientem esse, incontinentem, iniustum, et dolere, et timere, et furari, atque in universum ea facere, quae rectae rationi refragantur.* Atqui prudens et sapiens stoicus omnia haec vitia in republica administranda vitabit, quod contra eveniet insipienti. Ecce tibi ipsos Stoicos sic disserentes apud eumdem Stobaeum. Των δε αφρονων ουδεις τοιουτος· ουτε γαρ αρχειν, ουτε αρχεσθαι διος εστιν ὁ αφρων αυθαδης τις ων, και αναγωγος. Παντα τε ευ ποιει ὁ νουν εχων, και γαρ φρονιμως, και εγκρατως, και κοσμιως, και ευτακτως ταις επι τον βιον εμπειριαις χρωμενος συνεχως. 'Ο δε φαυλος απειρος ων της ορθης χρησεως παντα κακως ποιει καθ' ἡν εχει διαθεσιν ενεργων ευμεταπτωτος ων, και παρ' ἑκαστα μεταμελεια συνεχομενος, *improborum nemo talis est; quippe qui et imperando et obediendo impares sunt, superbi, et intractabiles. Recte vero cuncta sapiens agit, et prudenter, et moderate, et composite perpetuo vitae usu adhibito; improbus contra recti usus imperitus omnia male agit suum habitum sequens natura varium, ac plerumque poenitentia ductus.* At unus stoicus prudens est, et sapiens, ceteri omnes stulti, et insipientes: ergo una Stoicorum respublica αναμαρτητος, ceterorum non item.

V. 8. Zenonis διαμηρισμους cognosces ex Plutarcho, qui haec scribit Sympos. III. 6. Εγωγε, νη τον κυνα, και του Ζηνωνος αν εβουλομην διαμηρισμους εν συμποσιω τινι, και παιδια μαλλον, η σπουδης τοσαυτης εχομενω συγγραμματι τη πολιτεια κατατεταχθαι. *Ego quidem per canem adiuro optare διαμηρισμους illos in convivio magis, vel in alio quovis ioco, quam in tam severo de Republica opere posuisse.* Quid autem sit διαμηριζειν indicat Hesychius, quem V. Certe et de puellis perinde et de viris dicitur, quod in primis adparet ex Aristophane Av. 669, 706, 1254 et ex Menagio ad Laert. VII. 172. Si autem verum est, quod de Cleanthe refert idem Laertius, in Cleanth. non mihi prorsus persuadeo tam sceleste, ac foede de διαμηρισμω disseruisse Zenonem in sua Republ. Formoso enim adolescentulo roganti Cleanthem, an ὁ εις τους μηρους τυπτων μηριζει, εφη. Συ μεν τους διαμηρισμους εχε μειρακιον, *an crurizet qui crura verberat, at tu adolescens crurizationes tibi uni habeto.* Hinc colligere datum fortasse est de ratione multiplicandae civitatis in genere disseruisse Zenonem in Libro de Republica, non certe libidinis explendae caussa.


V. 13. Pari ratione in περι ῥητορικης scribit idem Philodemus ὁρμησουσιν δε καθ' ἡμας φιλοσοφουντες. Col. XX. p. 33. Vol. Hercul. V.

V. 17. Apprime corruptus locus vel leviter intuenti adparet. Usi sumus tota, quae in nobis fuit, diligentia, sed nihil subiit, quod omnino satisfaceret. Visum est primum posse legi ειχε πηρα Διογενους, et in πηρα requiri inorum impudentiam, sed η vocis πηρα longe abest ab o, quod adparet in απογραφῳ. Adoptavimus ergo lectionem, quam vides in nostro contextu, alteram feliciorem expectantes.

V. 21. Nulla nec apud Laertium, nec alibi mentio huius operis *de Stoica secta*, quod addendum est catalogo librorum Cleanthis ex auctoritate nostri.

V. 26. Ex Philodemo unum fuisse videtur opus de Civitate, et lege. Fortasse igitur temere seiunxit Cl. Petersen, qui in indice III. περι των πραξεων habet περι νομου α̂, tum etiam seiunctim περι πολιτειας, denique νομοι. Omnino vero non probanda, quae idem scribit p. 284. Fund. phil. Chrysip. *Ut ad finem iustum τελος, quem saepius dixi, perveniret, viam sibi munivit per virtutem, seu qualitatem in toto mundo, et quoque homine camdem, quae legem constituit communem, cui obedientes homines, quod iis propositum est assequuntur. De qua lege fortasse disputavit Chrysippi liber περι νομου, ex quo disputavit Cicero de legibus* lib. 1. Nam unde quaeso hanc notitiam desumpsit cl. auctor? non certe ex ipso Cicerone, ex cuius diligenti lectione abunde patere videtur potius ex universa Stoicorum doctrina, quam ex uno Chrysippi libro περι νομου hausisse, cuius ne vestigia quidem inveniri queunt in illo Ciceronis loco, quamquam non sit omnino negandum multa etiam ex Chrysippo potuisse esse desumpta. Quidquid autem sit de hac re Cl. vir videtur sequutus esse sententiam Turnebi, et Goerentii in introd. ad lib. de leg. qui plura Chrysippi loca cum Ciceronianis docte quidem, atque praeclare comparavit. Miramur tamen Cl. viri modestiam, quae longe abest ab audacia Schleiermacheri, qui dictatorio more dixit Ciceronem rei igna-

rum Stoicorum decreta minime, vel falso intellecta male permiscuisse, graeca verba male reddidisse, novi aliquid additurum a Stoica disciplina infeliciter aberrasse. Papae felicissimum Schleiermacherum, qui scit graece, et latine plus quam ipse Cicero, qui cum principibus omnium graecorum philosophorum totam vitam versatus fuit, eorumque dogmata hausit et ex eorum scriptis, et ex disputationibus coram habitis. Ciceronem tamen ipse vel non intellexit, vel malitiose praeteriit eius consilium. Cicero enim Stoicorum scripta noluit certe compilare, nec latine vertere, sed ea tantum ex illis decerpere, quae suo proposito opportuna videbantur. *Sequemur*, sunt eius verba, *igitur hoc quidem tempore, et in hac quaestione potissimum Stoicos, non ut interpretes; sed ut solemus, e fontibus eorum, iudicio, arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus.* De offic. proem. lib. 1. Quae igitur Ciceronis culpa, quae aberratio, quae confusio? At Ciceronem vindicavit contra Schleiermacherum Cl. Beierus in Janii annal. philolog. vol. I. fasc. 2. p. 238. an. 1826. cui gratias ob id officium agimus.



Gennaro Casanova dis. *Giu. Casanova inc.*

COLUMNA XIV.

αχρηστιαν των ὁπλων κατασπευατα και Διογενην. Λεγει μεν γαρ εν τη πολιτεια· Μωρον φανησεται γε συνετοις ουκ αμελειν περι των δε. Δι' αυτ' αφαιρειται χρησιν εν τη πολιτεια νομοθετειν τον Διογενην αντι του δεινας δικας ολοις νομον θεσθαι. Κειται δε τουτ' εν Χρεια, περι ης λογον μεν ὁ Αντιπατρος ποιει προς τους αλλως ιδοντας ειναι φρονησιν το πρωτως κατα των κατα φυσιν γενεσιν η μεν κακων, η δ' αυ αγαθων· κακων δε ουκ οντων, και φρονησιν αναιρεισθαι κατα τον Χρυσιππον. Αλλως δε δη τοιαυτης του δικαιου της χρειας εν αυτη μιμνησκεται μετ' εγκωμιων, αυ δε και τω δη περι δικαιου. Και το περι της ανθρωποθαρτιας δογμα φαινεται κεισθαι παρα Διογενει, ὡς ουχ ὁλως αναξια εξεθηκε, μονον ου καταστησας παντα γε τα περι της πραγματειας εν τω βιω . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . ὑπαρχειν δοκει, καθως Διογενης, εν τω Αχιλλει, και τω Οιδιποδι. Φασιν ουν

armorum inutilitatem decernere etiam Diogenem; etenim sic ait in Republica: *Stultum fortasse prudentibus videbitur ista non negligere, et parvi pendere.* Idcirco illorum usum in Republica tollendum constituisse Diogenem, quin graves poenas leges omnibus sanciret. Id scriptum est in Chria, de qua verba facit Antipater contra illos, qui aliter censent » prudentiam esse quae primum constituit secundum naturam genesim malorum, et bonorum: malis autem sublatis e medio tolli etiam prudentiam iuxta Chrysippi doctrinam ». Ceteroquin huiusce sententiae iustitia in ipsa Chria cum laude memoratur; rursus vero in libro de iusto: inesse autem mentionem dogmatis de humana fiducia etiam apud Diogenem adparet, qui non prorsus indigna exposuit, et ferme omnia constituit, quae ad actiones in vita pertinent . . . . . . :

. . . . :

. . . . :

. . . . :

. . . . primus fuisse illius auctor videtur, ut Diogenes, in Achille, atque in Oedipo. Dicunt igitur


V. 1. Rem novimus ex Plutarcho, qui hoc Stoicorum dogma quasi obiter tradidit. Εν δε τῳ περι της του λογου χρησεως ειπων, ὡς ουδε τῃ του λογου δυναμει προς τα μη επιβαλλοντα χρησθαι, καθαπερ ουδε ὁπλοις » *et in orationis usu dicens, non opus esse orationis vi uti ad ea, quae non conveniunt, ut neque armis.* De Stoic. rep. 10. Huc procul dubio referenda verba Senecae: *Non habet mittendos trans maria legatos, nec metienda in ripis hostilibus castra: non opus est legione, nec equestribus turmis: quemadmodum dii immortales regnum inermes regunt.* De benefi. VIII. 3. Hinc adparet ipsum Ciceronem plura de urbanorum consiliorum prae bellicis praestantia ex Stoicorum doctrina disputasse. De Offic. 1. Adhuc vero nemo vel suspicione unquam coniecerat pacificae, ac mirabilis huiusce doctrinae auctorem fuisse Diogenem, et fortasse universos Cynicos tenuisse, quod eorumdem institutionibus ad amussim quadrare cuique facile patebit, ut ex nostro abunde intelligitur.

V. 10. Fortasse haec dicit Antipater in eodem quem supra laudavimus libro περι της διαφορας Κλεανθους, και Χρυσιππου, nisi quis malit in de περι οργης, quod opus citatur apud Athenaeum lib. VIII.

V. 12. Locum integrum servavit Plutarchus, restituit Cl. Wittembachius. Πρωτον μεν ουν ευηθες οιεσθαι φρονησεως ἑνεκα γινεσθαι κακων ὑποστασιν, και αγαθων, οντων γαρ αγαθων, και κακων επιγινεται φρονησις, *initio stultum est opinari prudentiae caussa existere bona, et mala, existentibus enim iam bonis, et malis supervenit prudentia.* De commun. not. 17. V. insuper n. 16. ubi Wittembachius lacunam supplet Κακων μη οντων ὁλως, και πανταπασιν αναιρεισθαι λεγουσιν, *malis vero non existentibus omnino, et funditus tolli aiunt.* Stoicos defendit Cl. Petersen scribens apud illos virtutes adpellari iisdem vocabulis, atque actiones. En eius verba: *Quod hae actiones iisdem vocabulorum formis, quibus virtutes significantur, ut φρονησις et actionem et virtutem indicat, nos attentiores facere debet, res enim omnino diversas eadem voce exprimi satis manifestum est.* loc. 1. p. 272.

V. 20. Ne vacuum spatium relinqueretur supplevimus δη, sed pro certo habemus ibi fuisse numerum libri *de Iusto*, quod opus in plures libros tributum fuisse adparet: fit enim mentio apud Scriptores tertii, et quarti. Praeter quartum περι δικαιοσυνης citatur a Plutarcho tertius περι δικαιου, tum προς Πλατωνα περι δικαιοσυνης, denique αι περι δικαιοσυνης αποδειξεις. Nec mira tanta titulorum de uno argumento varietas. Namque Stoici relationem omnium virtutum comprehenderunt in Iustitia sensu latiore accepta; per ipsam enim homines alii cum aliis, et omnes cum Diis cohaerent.

V. 21. Ανθρωποθαρσια non habent lexica, sed quid obstat, quin recipiant? Quum autem tam diversae sint doctorum grammaticorum sententiae ex variis veterum Scriptorum locis prolatae de differentia θαρσος, et θρασος, sane haeremus *hominum ne fiduciam*, an *audaciam* interpretemur. Sententia neutrum reiicere videtur; quare sit arbitrium penes lectorem.



Gio. Casanova dis.   Giu. Casanova inc.

COLUMNA XV.

ουκ ειναι αλογον την αυτου πολιτειαν, εχειν δε τινας τας μαργαδας· ὑπο νεου, και αφρονος οντος ευ δε γεγραμμενην, ὡστε δειν αυτη μεριζειν την συγγνωμην. Προς ούς χρη λεγειν, ότι τον γινεσθαι μελλοντα Φιλοσοφον αιδεσιμον, ει και νεον, αναγκη παντος αγνευειν τοιουτου και λογου, και πραγματος. Και διοτι προβαντα κατα την ἡλικιαν, και την μαθησιν εδει μαλιστα μεν ανελειν αυτην· Το δ' ετυχεν ορθως Ζηνωνι· ου γαρ τοι οβελον, η και το παραπλησιον απονευει θεσθαι, και δι' αλλων αποδεικνυει την μεμενηκυιαν κρισιν αχρι παντος. Το δε δη και τους αγροικους ωνησεν μαθησεως θαυμαστης, και των άπαντων γε μεγιστους, και παγκαλως εποιησεν. Πολλ' ουν και . . . . . .

non esse quidem absurdam eius Rempublicam, at exhibere non sana quaedam; utpote vero ab iuvene, et minus prudente bene utique conscriptam, ut oporteat dare ipsi veniam. Istis igitur illud dicendum est, quod, quicumque fieri vult philosophus reverentia dignus, etsi iunior is sit, ab omnibus huiusmodi et sermonibus, et actionibus omnino purum se praestare debeat. Atque idcirco quum aetate adolevisset, et doctrina auctus magis profecisset, opus erat maxime illam condemnare. Quod recte evenit Zenoni; etenim nec obelum, vel quid simile ponere recusat; atque in caeteris ostendit omnino stabile firmumque iudicium. Sic et ipsos agrestes iuvit mirabili disciplina, et omnium maximos, honestissimosque eosdem effecit. Plura igitur. . . . . . .

ADNOTATIONES.

V. 3. Μαργας in VV. Lexicis exponitur *vinculum*; Apud Hesychium haec prostant verba: Μαργαινων, μαινομενος, δεσμων, ὑβριζων, et quidem recte, μαργαινω enim, sive μαργαω est *insanire*. Rectius fortasse, quamquam auctoritate careat, in lexico ms. Regiae Bibliothecae Borbonicae 11. E. 29. legitur: Μαργαω *ago nimium festinanter*, ut τινας τας μαργαδας εχειν sit, *continere nonnulla festinanter atque inconsulto scripta*, (utpote a iuvene.) Quod si quis σφαλμα in τῳ μαργαδας suspicari velit, ei proponimus quod recusare non poterit ἁμαρταδας, *peccata*, quod ferme eodem recidet.


V. 6. Omnino latet qui sint isti, quorum iudicium supra exposuit Philodemus, et ad quos heic idem respondet. Sermones vero, et actiones, a quibus abhorrere debet, qui publicam existimationem et reverentiam sibi conciliare velit, ea videntur quae superius exposuit.

V. 6. Quo modo superius scripsit ενγυστα Col. XII. et hic habet συγγνωμην pro συγγνωμην, et infra αναγκη pro αναγκη. Plurima huiusce Scripturae exempla occurrunt in uno codice Alexandrino vet: et novi testamenti, quae pridem collegit Cl. Sturzius in libro de Dial: maced: et Alexandr. Steph: Thes. ling: Graec: Valpy tom. 1.

V. 12. sq. Si te offendat vox μαθισις pro μαθησις, quam Salmasius reperisse testatur in Cod. Puteanorum, perinde ut κινισις pro κινησις, legas per me διαθεσιν, vel quod simile libeat.

V. 18. Μεμενηκυια est permanens, firma, constans: ad verbum expressisse videtur Virgilius, qui Aen: III. sub init. canit: *Da Tymbraee Urbem mansuram.* Antoninus de rebus suis I. 16. scripsit: Το μενητικον ασαλευτως επι των εξητασμενως κριθεντων, *in rebus accurate decretis immotam constantiam:* Seneca id praecipit epist: 23. *Constituendum est quod velimus, et in eo perseverandum*, et in de vit: beat: c. 8. *Fidens sit animi, sed fiducia eius non sine scientia sit, non sine constantia.*

V. 20. Αγροικους reposuimus ex Stobaei verbis, et Stoicorum ipsorum doctrina; namque ex eorum mente sic definitur αγροικος: φασι δε και αγροικον ειναι παντα φαυλον· την γαρ αγροικιαν απειριαν ειναι των κατα πολιν εθων, και νομων *rusticum quoque dicunt esse omnem improbum; esse enim rusticitatem imperitiam morum, et legum in Civitate obtinentium.* Ecl. lib. II. c. 7. p. 211. Quod si cui vox improbetur ob insolitum dicendi modum, is legat per nos vel αγριους, vel ανοσιους quae verba significationem ferme eamdem nacta fuerant apud Stoicos, qui uni esse putabant et σοφοι, et σπουδαιοι, et αστειοι, ceteri αφρονες, φαυλοι, αγροικοι, αγριοι ut saepe apud Plut: Et Stob.



ΟΝ ΤΟΝ
CΘΑΙΛΕΙ ΤΩC
Η ΟΜΟ ΚΑΙ
ΟΥC ΙCΤΟΥCΤΩΝΕΠΙΓΕΓ
ΝΕΤΩΝΕCΧΗΚΥΙΑ ΓΥ ΤΗΦΟΥC
ΚΑΙΠΑ Κ ΡΟΥCΙΤΟΔΗΡΜΑΡΤΗC
ΘΑΙΤΗ ΤΕΙΑΝ Ο ΔΕΛΕ
ΓΟΥCΙ ΚΑΙΠΑΝΤΕΛΩCΟΥΔΕΙC
ΑΝΚΑΙΛΕΓΕΙ ΑΥ ΩCΟΥ C
ΗΝΥΠΕΡΕΑΥΤ ΤΩΙ
ΤΙΝΙΜΗΔΕΚ ΤΗΝ
Ν ΖΕΙΝΤΕ ΕΙ ΕΙ ΕΓΕΙΝ
ΤΟΝ ΥΛ ΘΟΝΥΠΑΡΧΕΙΝ
ΧΙ ΕΙΝΑΙΤΑΧΑ
ΜΕΝΩCΤΗ ΑΤΙΙΔ ΤΕ
ΝΟΥCΑCΗΜ ΠΟΓΡΑΦΩCΙ ΤΑ
ΧΑΔΕΤΗΝ CΜΙΑ Ν ΟΤΕ
ΡΟΝ ΡΕCΕΩ ΠΡΟCΚΛΗ CΙΝ
ΑΠΡΟCΤΗΝ ΕΙΤ ΑC
ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΔΕΞ
ΤΕΙ
Υ
ΗΒΑ

COL. XVI

Gen. Casanova dis. Giu. Casanova inc.

COLUMNA XVI.


. . . . . ὁμοδοξως δε, και τους πλειστους των επιγεγονοτων εσχηκυια συμψηφους, ει και παρακιρουσι τοδ', ἡμαρτησθαι την πολιτειαν· οιοι δε λεγουσιν το και παντελως ουδεις αν, και λεγειν αυτο πως ουδ' ὁλως ην ὑπερ ἑαυτου. Και γαρ τροπω τινι μηδε καλην δοκει αρετην νομιζειν τε, καν γενει λεγειν αυθαιρετον ουδε αγαθον ὑπαρχειν. Τα δ' αισχιστα φασιν θειναι ταχα μεν, ὡς την πατριδα του Διογενους ασημως ὑπογραφωσιν, ταχα δε την τε ανομιαν των προτερον αἱρεσεων προσκληρωσιν . . . . συν-

in eadem vero opinione consentientes et suffragantes plurimos ex successoribus habens, etsi illud insuper sanciant: *in Republica peccasse.* Soli autem dicunt, quae nemo ullus, etsi ea dicere neque ipsi quidem utile erat. Et sane quodam modo videtur (Diogenes) dicere neque virtutem esse honestam, neque in universum ipsum bonum per se esse eligendum. Turpissima vero ajunt decrevisse, fortasse ut Diogenis patriam obscure ex suis operibus subinnuant, fortasse etiam ut praeteritarum eius opinionum iniquitatem eidem obiiciant. . . . .

V. 2. Επιγεγονοτες sunt non solum in universum *posteri*, sed etiam proprie successores ea significantia, quam verbo tribuimus freti auctoritate Herodoti, qui scripsit: Οἱ επιγινομενοι τουτῳ σοφισται, *sophistae qui huic successerunt.* Euterp. c. 49.

V. 4. Num pro το δ' ἡμαρτησθαι legendum το μη ἡμαρ.; certe locus laborat, est enim nihili vox ἡμαρτησθαι. Docebant quidem Stoici sapientem nunquam errare in Reipublicae administratione perinde, ut neque in ceteris rebus, stultos contra non item: Των δε αφρονων ουδεις τοιουτος, ουτε γαρ αρχειν, ουτε αρχεσθαι διος εστιν ὁ αφρων, αυθαδης τις ων, και αναγωγος. Παντα τε ευ ποιει ὁ νουν εχων, και γαρ φρονιμως, και εγκρατως, και κοσμιως, και ευτακτως ταις περι τον βιον εμπειριαις χρωμενος συνεχως. Ο' δε φαυλος απειρος ων της ορθης χρησεως παντα κακως ποιει καθ' ἡν εχει διαθεσιν ενεργων ευμεταπτωτος ων, και παρ' ἑκαστα μεταμελεια συνεχομενος » *improborum nemo talis est, neque enim imperare, neque obedire pares sunt, et intractabiles. Recte contra omnia sapientem agere, et prudenter, et moderate, et modeste, et composite perpetuo vitae usu adhibito. Rursus improbum recti usus imperitum omnia male agere, quia sequitur suum habitum natura varium, ac plerumque poenitentia ductum.* Stob. l. c. p. 206. Concinunt Horatius passim, Plutarchus l. c. et Laërtius cuius verba est operae pretium afferre. Ου μονον δε ελευθερους ειναι τους σοφους, αλλα και βασιλεας της βασιλειας ουσης ανυπευθυνου, ἡ τις περι μονους αν τους σοφους σταιη.... Εγνωκεναι γαρ φησι δειν τον Αρχοντα περι αγαθων, και κακων· μηδενα δε των φαυλων επιστασθαι ταυτα· ὁμοιως δε και αρχικους, δικαστικους τε και ῥητορικους μονους ειναι, των δε φαυλων ουδενα ετι και αναμαρτητους τῳ απεριπτωτους ειναι ἁμαρτηματι » *non modo liberos esse sapientes, verum et reges regni nemini obnoxii, quod apud solos sapientes locum habere potest.... Ait* (*Chrysippus*) *Principem oportere cognoscere de bonis, et malis, haec autem malorum scire neminem. Similiter ad magistratus, ad iudicia, et oratoriam solos esse illos idoneos, neminemque malorum: esse iterum et inculpandos, quod in peccata incidere non possint.* VII. Rem pluribus in locis refellit Cicero, qui iustitiam in natura rerum, non personarum inesse acriter contendit. *Iam vero illud stultissimum existimare omnia iusta esse, quae sita sunt in populorum institutis et legibus.* De leg. 1. c. 4. Tum c. 16. *Quae si tanta potestas est stultorum sententiis, atque iussis, ut eorum suffragiis rerum natura vertatur, cur non sanciunt, ut quae mala perniciosaque sunt, habeantur pro bonis, et salutaribus?* Denique Cap. 18. sic concludit » *Haec autem in opinione existimari, non in natura posita dementis est, nam nec arboris, nec equi virtus, quae dicitur, in opinione sita est, sed in natura. Quod si ita est, honesta quaeque et turpia natura iudicanda sunt...quod laudabile bonum est, in se habeat quod laudetur necesse est, ipsum enim bonum non est opinionibus, sed natura.*

V. 10. Cicero vertit αυθαιρετον, *sua sponte expetendum. Sequitur*, ait, ut *conclusa iam mihi sit omnis haec ratio, et jus, et omne honestum sua sponte esse expetendum.* l. c. c. 18.



ΠΡΟϹΔ ... ϹΤΩ
ΙΚΩΝ ΚΑΙ Α ... ΟΛ ΓΕΙΤΑΙ
ΤΟΠΑΝΚΑΚΩ ... ΧΕΟΝΤΗΝΠΟ
ΛΙΤΕΙΑΝ ΑΛΛΩϹ ΠΕΡΕΠΙΚΟΥ
ΡΟϹΦΑϹΙΝ ΕΝΤΟΙϹΛ ... ΚΟΙϹΛΕ
ΓΟΜΕΝΟϹΑΜΑΡΤΑΝΕΙΟΥΚΑ
ΞΙΟϹΚΡΙΝΕΤΑΙΚΑΤΗΓΟ ... Ο
ΤΩϹΟΦΕΙΛΕΙΜΗΔΕΖΗ
ΕΓΩΔΕΦΗϹΩΠΑΡΑ ΜΕ
ΑΡΧΑΙΟΙϹΜΗΔΕΝΑΙϹΧ
ΡΙϹΚΕ ΘΑΙΜΗΔΑϹΕΒΕϹΑΝΑ
ΜΕϹΤΟΝΔΕΤΟΥΤΩΝΕΙΝΑΙΤΑΥ
ΤΗΝΕΞΩΛ ΗΚΑΙΤΥΓΧΑΝΕΙΤ Ϲ
ΚΑΤΗΓΟΡΙΑ ΟΥΚΕΠΙΤΩΙΠΕΡΙ
ΕΧΕΙΝΤΙΝ ... ΜΑΡΤΙΑϹΚ ΙΝΩϹ
ΚΑ ... ΤΟΥΤΤΑϹΙ ΥΠΑ
ΧΕΙΝΑΝΕΚΦΕΥΚΤΑ ... ΓΙ
ΔΕ ΑΙΔΥΝΑΤΟΝΑΝΩΘΕΝΑΝΑ
ΜΑΡΤΗΤΟΝΤΙΝΑΙ ... ΚΑΙ
ϹΟΦΟΝΤΑΥΤΑΔΕΛ ... ΝΙΔΙ
Ω ΩΝΕΙϹΤ ... ΑΝ ϹΙΟΥϹΠΕΙ
ΠΤΕΙΝ ΚΙ ... ΓΕΓΟΝΥΘ
ΜΕ ΑΘ ... ΚΑΙ ΡΘΩϹΙΝ
Η ... ΤΟϹΜΕ
ΑΙϹΥΝ ... ΝΤΟΙϹΑΝ
ΤΩ
ΛΟΥ

COL. XVII

Giov. Casanova dis.   Giu. Casanova inc

COLUMNA XVII.

ηγορος δε των δογματων Στω-
ικων· και γαρ απολογειται
το παγκακως χεον την πο-
λιτειαν. Αλλως περ Επικου-
ρος, φασιν, εν τοις λογικοις λε-
γομενος ἁμαρτανειν, ουκ α-
ξιος κρινεται κατηγοριας· ου-
τως οφειλει μηδε Ζηνων.
Εγω δε φησω παρα μεν τοις
αρχαιοις μηδεν αισχρον ευ-
ρισκεσθαι, μηδ' ασεβες, ανα-
μεστον δε τουτων ειναι ταυ-
την εξωλη, ἡ και τυγχανει της
κατηγοριας, ουκ επι τω περι-
εχειν τινας ἁμαρτιας κοινως
καθολου, αλλ' απο του πασιν υπαρ-
χειν ανεκφευκτας· λεγω μη-
δ' ειναι δυνατον ανωθεν ανα-
μαρτητον τινα ιδιωτην, η και
σοφον· ταυτα δε λεγω των ιδι-
ωτων εις ταξιν ανοσιους πι-
πτειν· και γαρ ἁμα γεγονυι-
ας μεν αδικιας, και ορθωσιν
πραξεων αφῃρησθαι. . . . . .

defensor autem Stoicorum placitorum; tuetur enim quod pessime evertit, et confundit Rempublicam. Temere autem aiunt: Epicurus qui in logicis erravisse dicitur, non idcirco reprehensione dignus iudicatur; perinde igitur neque Zeno vituperandus. Ego autem autumo apud veteres (Stoicos) nihil turpe, nihil impium inveniri: hanc rursus disciplinam perniciosam et turpitudine, et scelere abundare, adeoque reprehensione dignam esse, non quod communiter quosdam exhibet errores, sed quia ab omnibus iidem isti evitari nequeunt; neque aio fieri posse ut idiota, vel etiam sapiens sit expers peccandi; sed illud dico, impios in idiotarum classem recidere. Namque vix dum locum obtinet scelus, etiam rectitudo actionum e medio tollitur. . . . . . .

V. 3. Quid sibi velit hoc loco *το χεον* non facile declarari posse videtur; caeterum dissolvendi et coufundendi vim ei tribuimus; quae enim funduntur, eadem et dissolvuntur, idcirco et turbantur. *Εγκεχυμενας πολιτειας* dixit Iamblicus.

V. 5. En logicen ab Epicuro, ut caeteras philosophiae partes exeultam contra Sententiam Sexti Empirici, qui in mathem. p. 141. ait Epicureos *εισβαλλειν απο των λογικων*; quem locum afferens Kunhius Notat: *Ergo Epicureis τα κανονικα sunt instar logicae, quam ipsam contemnit, irridet, et totam evertit Epicurus.* Male quidem cl. vir confundit Logicen, eiusque regulas, et fundamenta cum διαλεκτικη sive forma externa, quam unam *αποδοκιμαζουσιν* Epicurus, eiusque discipuli. Licet audire Laërtinm uberrimum testem, quippe qui ex ipso Epicuri canone indicat quot, et quae iste statuat criteria veritatis. *Εν τοινυν τω κανονι λεγει ὁ Επικουρος κριτηρια της αληθειας ειναι τας αισθησεις, και τας προληψεις, και τα παθη » ait ergo Epicurus in Canone criteria veritatis esse sensus, anticipationes, animique perturbationes.* In iudicio a sensibus proficiscente dissentiebat Parmenides, qui *κριτηριον τον λογον ειπε, τας τε αισθησεις μη ακριβεις ὑπαρχειν, criterium rationem esse, sensus vero non esse certa indicia.* Et quidem sapienter. Quam doctrinam amplexus Cicero fere ad verbum traduxit locum supra allatum Parmenidis: *Quamquam oriretur a sensibus, tamen non esse iudicium veritatis in sensibus: mentem volebant rerum esse iudicem.* Quaest. academ.

V. 8. Non facile definiveris cuius verba sint, quae Philodemus heic affert, ab *Επικουρος* ad *Ζηνων*; certe quidem ea sunt a Stoico desumpta.


V. 9. En quam luculenter absolvit noster veteres Philosophos Stoicos ab omni turpitudinis, atque impietatis nota. Cuinam ergo tribuemus ea huiusce furfuris, quae illis constanter ab omnibus obiiciuntur? Anne Philodemus sequitur sententiam illorum, qui censent turpia omnia successoribus quidem, non principibus cuiusque sectae esse tribuenda? V. quae disputavimus hac de re in Praefat. ad opus eiusdem Philodemi *περι του καθ' Ομηρον αγαθου λαου.*

V. 13. Quamnam dicemus *εξωλη* istam disciplinam, vel potius *πολιτειαν*, ut persuadere videntur, quae leguntur in columna proxime superiore, et sequente? Stat mihi pro certo hic verba fieri de Stoicorum Republica, quam Zeno scripsisse dicitur *in cauda canis*, quae verba sic intelligenda sunt, quasi Zeno omnia ex Diogene desumserit, quae statuit in illa. Hanc vere dixeris *εξωλη*, sive velis interpretari *morum, et rerumpublicarum destructricem*, sive *iam explosam* ob turpia, quae in ipsa praecipiebantur.

V. 17. Hoc loco attingit Philodemus placitum Stoicorum de Sapiente peccatis non obnoxio, et statuit sapientem aeque ac quemcumque alium peccatis non esse, nec esse posse expertem.

V. 19. Pari ratione Pindarus Olymp. III. 79. *Το πορσω δ' εστι σοφοις αβατον, κασοφοις*, h. e. *ιδιωταις* qui sunt illis oppositi, sibique mutuo respondent.

V. 21. *Μαινεσθαι παντας, αφραινειν, ανοσιους ειναι, insanire omnes* (non Stoicos) *furere, impios esse.* Plutarch. l. c. 31. Si recto stat talo nostra coniectura, id sibi velle Philodemus videtur, impiorum nulla posse esse rectam actionem, eosdemque, sive sapientes sint, sive idiotae, omnes in idiotarum classem, ordinemque recidere, statim ac peccant. Refellit ergo Epicureus noster, quod de Stoicis tradidit Plutarchus: *Οἱ Στωικοι μητε τι φαυλον αρετη προσειναι, μητε κακια χρηστον αξιουσιν. Αλλα παντως μεν εν πασιν ἁμαρτωλον ειναι τον αμαθη· περι παντα δ' αν κατορθουν τον αστειον. Stoici neque malo aliquam virtutem inesse putant, neque vitium bono viro; sed prorsus quidem ignorantem semper in omnibus peccare, sapientem autem semper recte agere.* De audiend. poet.



ΕΝ
ΦΩΝΤΕΣ ΚΑ ΑΡΧΑΣΤ
ΜΑΤΟΣΕΜΦΑΙΝ ΠΡΟΣΦΕ
ΑΥΤΗΝΕΚΤΙΘΕΝΑΙΚΑΙΤΟΙΣΤΟΠ
ΕΝΟΙΣΥΠΗΡΧΕΚΑΙΤΟΙΣΧΡΟΝΟΙΣ
ΚΑΘΟΥΣΕΖΗ ΚΑΙΔΙΟΤΙΜΕΜΦΕ
ΩΣΑΞΙΕΣΑΝΗΙ ΝΕΙΝΕΙ
ΤΟΥΤΟΠΕΠΟΗΚ ΚΑΙΚΑΘΟΣΟΝ
ΑΝΔΥΝΑΤΟΥΣΤΙΛ ΠΩ ΕΣΕ
ΤΟΙΣΟΥΚΟΥΣΙΝΕΝΟΜΟΘΕΙ
ΟΝΤ ΣΠΑΡΕΙΣ ΚΑΙΔΙΟΤΙΠΡΟ
ΩΣΤ ΙΑΥΤΗΣΟΥ ΗΣΑΘΛΙΟΣΗΝ
ΟΤΑ ΥΤΩΣΥΠΣ ΘΕΜΕΝΟ
ΧΘ ΣΜΟΥΣΥΠΣ ΕΣΕΙΣ ΚΑΙ
ΤΟΥΤΟΙΣ ΚΑΘΟΝΑ
ΣΤΗΣΗΤΑΙΤΙΚ
ΥΠΕΡΒΟΛΗΝΤΑΥΤΟΥΚ Ε
ΛΩΙ Ε ΚΑΙΤΟΤΕΛΕ ΙΟΝΩΣ
ΚΑΙ ΙΑΛΛΩΝΤΑΠΑΡΑΠΛΗΣΙΑ
ΝΟΜ ΤΕΙΚΑΚΕΙ ΡΟΤ ΡΩΣ
ΩΝΕ ΘΑΥΜΑΣΤΗ ΤΗΣΑ
ΩΙ ΙΔΙΑΔΟ ΠΑΡ ΟΥΝΜ
ΓΩ Κ ΙΝΟΤ Ε Λ Η
ΣΙΝ ΚΕΙ
ΖΗΝ
ΔΥΝ
Ε

ΚΑΝΕ

COL. XVIII

Gen. Casanova dis — *Giu Casanova inc*

COLUMNA XVIII.

. . . . γραφων πεως δη κατ' αρχας του δογματος εμφαινειν ου προσφερη αυτην εκτιθεναι τοις τοποις, εν ὁις ὑπηρχε, και τοις χρονοις, καθ' ὁυς εζη. Και διοτι μεμψεως αξιον αν ην αποκρινειν, ει τουτο πεποηκε, και καθοσον αν δυνατους πλειους ὑποθεσεις τοις ουκ ουσιν ενομοθετησ', ὡς οντως παρεισι, και διοτι προθεσεως τοιαυτης ουσης αθλιος ην ὁ τας ουτως ὑποτιθεμενος εκθεσμους ὑποθεσεις. Και λογος τουτοις ισος, καθ' ὁν αγαθον ου διαστησηται τι κακου, ει δ' ὑπερβολην τάυτου κακος εαλωκε. Και το τελευταιον ὡς και δι' αλλων τα παραπλησια νομοθετει κακει τοις προτερους, ων εστι θαυμαστης ταυτης αγωγης, και διαδοχης . . . . δια ταυτην

. . . . scribens ante iuxta dogmatis fundamenta videri illam nec locis in quibus fuit, nec aetati, in qua vixit, satis accommodatam exposuisse. Idcirco fas fuisset ut reprehensione dignum reiicere, quum id egerit; tum etiam quia plures opiniones proposuit veluti possibiles, non existentibus, quasi ipsi existerent, et quia huiusmodi existente proposito improbus esset, qui talia dogmata adeo cum legibus pugnantia sanciret. His autem similis est sententia, ex qua bonum nullo pacto distrahi possit a malo, quoad vero mali exuberantiam malus ipse deprehensus est. Denique, ut in aliis, etiam hic statuit dogmata praecedentibus similia totus deditus huic mirabili disciplinae, et successioni . . . . Idcirco

ADNOTATIONES.

V. 5. Ab εμφαινειν usque ad εξη non sunt verba Philodemi, sed Scriptoris alterius, cuius nomen fortasse in praecedenti pagina citatum omnino intercidit.

V. 9. Nullus sane dubito, quin haec verba sint referenda ad παραδοξα Stoicis familiaria, in primis vero ad illas subtilitates, quae accommodari nullo pacto queunt civili societati, Reique publicae administrationi. Atque haec sane fuit vera indoles Stoicae philosophiae, eiusdemque furfuris esse videntur dogmata de armorum αχρηστια: de mulierum communione etc. etc. de quibus supra fuit disputatum a col. VIII, ad XIV. Quod certe indicium comprobat et Plutarchus qui speciatim de Chrysippi doctrina haec tradidit, quae in universum Stoicae disciplinae conveniunt. Χρυσιππος ὁμολογει τους λογους αυτου και απεξοδους ειναι, και απολιτευτους, και τα δογματα ταις χρειαις αναρμοστα, και ταις πραξεσι. *Chrysippus fatetur suam doctrinam nullos habere exitus, neque ad Rempublicam gerendam conducere, eiusque decreta vitae necessitatibus, atque actionibus non quadrare.* De Stoic. rep. V.


V. 11. Spatium deesse videtur quatuor literarum elementis, quot nempe supplevimus in voce προθεσεως, quo nullum subiit aptius verbum, vel certe minus ineptum. Aliunde confidimus non fore id omnino mirum consideranti extremum verbum quarti versus huius columnae, cuius supplementum, si ex spatio adparenti tantummodo fuisset metiendum, vix una literula absolvendum videbatur. Interea neminem putamus adeo morosum, et difficilem, qui repudiare possit nostrum supplementum totis tribus literis conceptum.

V. 14. Quae sint αθεσμοι istae hypotheses non est difficile divinari. *Nullum esse matrimonium*, quod sacrum habitum fuit apud omnes gentes: *communes debere esse omnibus mulieres*, unde omnis everteretur humanarum societatum ordo, et alia id genus.

V. 16. Suspicor nostrum Philodemum spectasse ad illud Stoicae Philosophiae placitum, quo decernebatur *non posse bonum constare diversis elementis*, quod Seneca locupletissimus mentis Stoicorum interpres sic expressit. *Nullum bonum putamus esse, quod ex distantibus constet.* Epist. 66. Hinc facile intelligitur quam significantiam tribuerimus τῳ διαστασθαι, cuius principalis significatio est *dissidere*, sive *contrariis elementis constare*, unde vera oritur *dissensio*, *dissidium*, *discordia*.

V. 17. Rem, et sententiam servavit idem Seneca, qui unus huic loco lucem affundit. Negabant Stoici bonum constare pluribus elementis v. n. super. et esse capax sive augmenti, sive deminutionis. En ipsa eiusdem verba: *Itaque vis eius et magnitudo ultra non potest surgere.* (en sententia vocis ὑπερβολης) *Quid accedere profecto potest? nihil perfectum noverat, cui accessit, ergo ne virtuti quidem, cui si quid adiici potest, defuit. Crescere posse imperfectae rei signum est: bonum omne in easdem cadit leges.* l. c. Hinc videtur data opera Philodemus σκωπτων dixisse ultra modum malum deprehensum esse.

V. 21. θαυμαστη videtur ειρωνικως dicta Stoicorum disciplina a nostro, qui nullibi admirabilem revera illam se existimasse demonstrat.



ΑΙΤΙΑΝ
CΚΑΙ
ΓΟΝΑCΚΑΙΤΟΤΕ ΟΥ ΑΙ
ΤωΝΜΑ ΙΤΑ ΚΑΙ
ΘΛΓΝΑCΚΑΙΙΟΙΑ ιφι
ΛΟΜΗΛΑC ΑΝΤΙΑ ΤΗCΑ ΗΝΑΙ
ωΝΚΑΙΤωΝΑΛΛ ΕΛΛ ΝωΝ
ΔΕΞΑΓωΓΗCΕΙCΑΜΠΑ ΟΥC
ΗΜΑCΚΑ ΙΑΥΤΗ ΑΜΙ
ΞΑΡΔΟ ΑC ΤΕ
ΑΙΖΕΙΝΚΑΙΤΟΠ Α ΝΠ
ΤΑΥ ΚΗ ΑΝ ΔΕΤ
ΜΕ ΗC ΟΥCΗ ΝΥ
Ν
Τω Η Υ
ΟΝ ΤΗΓΑ
ΝΗC ΤωΝΕ Ν
Ε ΤΑ ΑΧ
ΗΜ
CΙΑ ΑΡΑ
ΕCΤ

COL. XIV

nn. Casanova del.   Giu. Casanova inc.

COLUMNA XIX.


αιτιαν επαινεσαι Πηνελοπας, και Ηλεκτρας, και Αντιγονας· και ποτε του χωρισαι των μαλιστα σεμνων και Ἑλενας, και Ιοκαστας, και Φιλομηλας. Αντι δε της Αθηναιων, και των αλλων Ἑλληνων διεξαγωγης . . . .

laudare Penelopas, Electras, et Antigonas. Denique ab his veneratione dignis, et castitate insignibus secernere Helenas, Iocastas, Philomelas. Quin vero vitam Atheniensium, aliorumque Graecorum (exhiberet) . . . .

ADNOTATIONES.

V. 1. Omnino Antigonas scripsit Philodemus, fortasse etiam Electras, et Penelopas, quas nos praeposuimus; enimvero ab Epicureo nostro hic optime comparantur insignes castitate, ac virtute mulieres cum impudicis, atque impudentibus. Quare non abnuerim, si quis pro των μαλιστα σεμνων malit praeferre χωρισαι των μαλα ιταμους κ. τ. λ. ita ut των sit pro τωνδε et referatur ad Electras, et Antigonas, μαλα ιταμους ad Helenam, et quae deinceps sequuntur Iocastam, et Philomelam. Ιταμον enim *audacem*, et *impudentem* esse optime observavit Fridericus Reitzius ad Lucian. Asin. 11. p. 573. 6. eiusdemque Luciani Scholiastes ad Fugit: To ιταμον vertit αναιδες. 111. 375. 19. Exemplum Oedipi et Iocastae certe esse debebat familiare Zenoni, qui docebat το μοριον της μητρος μη ατοπον ειναι τριψαι. v. Sext. Empir. Pyrrh. hyp. 111. 24. p. 153. et 171.

V. 7. Δεξαγωγη est in Apographo: perperam, est enim vox nihili, et graecae linguae αναλογια repugnans. Emendavimus Διεξαγωγη, quae est *vitae ratio*, et si vacat, etiam *mollis vitae ratio*, quam significationem aliquando habere hanc vocem iam animadvertit Schweigauserus. Ind. graec. in Epictet. dissert.


Α ΗΜΕΝΟΙϹ ΑΚ
ΘΕ Τ ΜΕΝΜΑΝΙΑϹ
Τ ΨΑΥ ΤΗϹ ΙϹ
ΔΕΚΑΙΤΑ ΑΚΟΑ ΚΑΙΤ Ν
ΠΤΟ ΡΟΤΕΡΟΝΑΓΝ ΤΑΜΕ
ΝΩ ΥϹΦΗΜΟ Α Λ
Τ
Ν ΕΝ

COL. XX

Gen. Casanova dis. Giu. Casanova inc.

COLUMNA XX.

αιωθεν ειρημενοις· δι' ἃ και κα-
θεστηκαμεν μανιασαι εν
τω ψαυειν ταυτης. Ἡμεις
δε και τας ακοας, και τον νουν
πολυ προτερον αγνευσαμε-
νον δυσφημου τι, και απλως κα-
ταρατου ταυτης αγωγης απο-
νευσομεν

quae superius disputata sunt; quibus etiam statuimus ipsos insanire, vix illam attingentes (disciplinam). Nos vero et aures, et mentem iampridem purgatam ab infami ista, et omnino abominanda doctrina prohibebimus

ADNOTATIONES.

V. 3. Puta id dictum contra Stoicos, qui *omnes insanire*, *omnes furere profitebantur* μαινεσθαι παντας. Quod dogma Philodemus in ipsos retorquens ait ipsos quidem μανηναι, cum primum ad Stoicam doctrinam animum convertunt.

V. 4. Ακοη in plur: habet significationem *aurium*, quamquam aliter usurpetur a Thucydide, et aliis.

INDEX AUCTORUM,

qui in utroque Philodemi opere citantur, laudantur, vel refelluntur.

P

Q

R

S

T

V

X

Z

IN PAPYRO PHILODEMI

περι του καθ' Ὁμηρον etc.

	ERRATA.	CORRIGE.
Col. I.	De temperantia cibis	De temperantia a cibis
Col. II.	προς ογκον αν δοκοι γε	προς ογκον γε, δοκοι' αν
Ibid.	videtur	videretur
pag. 4.	Αιοχρολογια	Αισχρολογια
Ibid.	Βομολοχια	Βωμολοχια
Col. III.	Cap. III. De cura rei familiaris	Transfer ad Col. IV.
Col. IV.		In calce dele punctorum seriem.
Col. VI.	Ab his vero	Ab his profecto
Col. VII.	καιω κοσμιας	και ευκοσμιας
Ibid.	διαυτα	δε ταυτα
Col. VIII.	επαι εται	επαινεται
Col. XII.	Απιδειξιν	αποδειξιν
pag. 24.	suppedit, abit	suppeditabit
Col. XIII.	πυραπτειν	πυρ ἅπτειν
Col. XIV.	ορονων	Φρονων
Col. XXII.	ὑπερβαλλοι	ὑπερβαλοι
In Papyro II. Φ.		
Col. V.		Lege Col. IV.
Col. XVI.	ει και	οἱ και
Ibid.	etsi	qui etiam
Ibid.	sanciant	sanciunt